

Series II. — « ANALECTA OSBM » — Sectio III.
Серія II. — « ЗАПИСКИ ЧСВВ » — Секція III.

SUPPLICATIONES

ECCLESIAE UNITAE UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. III
1741-1769

COLLEGIT, ADNOTAVIT, PARAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIVS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1965

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT 8 (PIAZZA S. PRISCA)

R. P. HLIB G. KINACH, OSBM, ANNO L PRESBYTERATUS EXPLETO

ANALECTA ORDINIS S. BASILII MAGNI

SECTIO III

Sectio III:

DOCUMENTA ROMANA ECCLESIAE CATHOLICAE
IN TERRIS UCRAINAE ET BIELARUSJAE

CURA PP. BASILIANORUM COLLECTA ET EDITA

LITTERAE NUNTIORUM, SECRETARIATUUM, OFFICIORUM ETC.

SUPPLICATIONES ECCLESIAE UNITAE
UCRAINAE ET BIELARUSJAE

Vol. III: 1741-1769

REV.MO P. HLIB GREGORIO KINACH, OSBM, DICATUM
ANNO L PRESBYTERATUS EXPLETO

ROMAE

Series II. — «ANALECTA OSBM» — Sectio III.
Серія II. — «ЗАПИСКИ ЧСВВ» — Секція III.

SUPPLICATIONES

ECCLESIAE UNITAE UCRAINAE ET BIELARUSJAE

VOL. III
1741-1769

COLLEGIT, ADNOTAVIT, PARAVIT EDITIONEMQUE CURAVIT

P. ATHANASIVS G. WELYKYJ, OSBM

ROMAE 1965

PP. BASILIANI - VIA S. GIOSAFAT 8 (PIAZZA S. PRISCA)

R. P. HLIB G. KINACH, OSBM, ANNO L. PRESBYTERATUS EXPLETO

IMPRIMI POTEST

Romae, e Curia Generali Ordinis Basiliani S.ti Josaphat, die 18.X.1965.

P. PAULUS P. MYSKIW, OSBM
Vicarius Generalis

IMPRIMATUR

Romae, e Vicariatu Urbis, die 25.X.1965.

✠ ALOYSIUS Card. Vicarius



R. P. HLIB GREGORIUS KINACH, OSBM

INITIATORI . COLLABORATORI . PROMOTORI
PATRI . ET . CONFRATRI
HLIB . GREGORIO . KINACH
PRESBYTERATUS . QUINQUAGESIMO . ANNO . EXPLETO
IN . GRATITUDINIS . SIGNUM
DONAT

"ANALECTORUM OSBM" REDACTIO

PRAEFATIO

Tertio volumine « Supplicationum Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarusjae » necessitates fere quotidianae hierarchiae, cleri et fidelium in terris Ucrainae et Bielarusjae nobis omnibus studiosisque historiae ecclesiasticae revelantur eamque reddunt pleniorum et uberiorum. Historia enim Ecclesiae non solis constat eventibus quae hierarchiam spectant, sed e vita et actione totius Populi Dei conscribitur. Et in hoc documenta nunc publici facta iuris multum prodesse valent, imprimis cum Ecclesia Christi in Concilio Oecumenico Vaticano II congregata, partes populi Dei in universum et laicorum in specie extollat. Hisce nostra documenta exempla et facta suppeditare satagunt.

Tamen ut etiam historia quae nunc conscribitur plenior sit, praesens volumen dicare statuimus Rev.mo P. Hlib G. Kinach, OSBM, occasione sumpta ab expleto quinquagesimo anno sacri eiusdem presbyteratus (1915-1965), ut simul cum omnibus gratum exhibeamus animum ei, qui huius editionis fuit promotor et assiduus adlaborator.

Ut Vicarius Generalis Ordinis an. 1948 praesentem collectionem documentorum romanorum excitavit verbisque ac opibus adiuvit; dein vero iuvenilem zelum nostrum moderavit matura sapientia et prudentia ac calamo nostro vigilem egit censorem. Tandem inde ab ipso primo volumine an. 1952 edito eiusdem editionis attentus fuit lector omniumque fere Indicum nominum et rerum auctor, saepe saepius neque nomen proprium—pro sua humilitate—apponere permittendo. Qua humilitate intacta manente, officium gratitudinis nostrae postulat ne tanta merita silentio praetereamus.

In signum proinde gratitudinis nostrae nostrorumque lectorum haec notare omnino necessarium esse duximus.

Deus, qui omnium meritorum iustus est iudex ac premiorum munificentissimus distributor, gratiarum suarum ac benedictionum copias in assiduum et fidelem servum suum effundat donetque ei videre dies multos ad Sui Ipsius gloriam, animarum bonum meritorumque augmentum.

Nobis vero ominamur, ut editio nostra pretiosa opera Rev.mi Patris Hlib G. Kinach ad multos annos gaudere valeat.

INTRODUCTIO

Etsi non sit necessarium introductoria texere verba ad tertium iam volumen « *Supplicationum Ecclesiae Unitae Ucrainae et Bielarusjae* », utile tamen fore ducimus saltem quaedam praemittere de ipsis circumstantiis, quibus haec documenta conscripta fuerunt.

Postquam anno 1720 celebrata fuit Synodus Provincialis Zamostiana, Ecclesia Unita in terris Ucrainae et Bielarusjae suam « aetatem auream » hisce sane annis, quo praesentia documenta conscripta fuerunt, adeptam est vitaeque religiosa et ecclesialis effloruit. Unde explicari possunt et sat frequentes instantiae ad Curiam Romanam, non ut signum quidem cuiusdam insufficientiae proprii regiminis, sed ut testimonium intensioris vitae religiosae et ecclesiasticae.

Impossibile fere est omnia perstringere argumenta, quae materiam constituunt praesentis voluminis. Maioris tamen momenti sunt ea, quae spectant hierarchiam, et inprimis regimen metropoliticum, defensionem iurium Ecclesiae Unitae et paritatis cum clero latino, relationes inter clericum saecularem et regularem. Non est tamen obliviscendum, etiam hac periodo « aurea » conamina facta fuisse quam plurima si non iam in destructionem unionis cum Sede Romana, saltem ut ei maiora inferantur damna quoad bona et ecclesias ac monasteria.

Notandae sunt instantiae Imperii Rossiaci in favorem non unitorum annis 1740-1750; dein vero tentamen destruendi Unionem in partibus Ucrainae annis 1766-1770. Exinde, regimine polono sat debili et inerte manente, Ecclesia Unita apud Sedem Romanam protectionem et adiutorium quaerere debuit et obtinuit.

Documenta praesenti volumine edita temporibus trium Metropolitanorum Kioviensium catholicorum confecta fuerunt, nempe Athanasii Szeptyckyj, Floriani Hrebnyckyj et Feliciani Philippi Wolodkowycz, quorum sub regimine Ecclesia Unita suam « aetatem auream » adeptam est, quaeque eius regiminis eiusque difficultatum et problematum sunt testes.

Ex hisce aliisque documentis possumus etiam probationem deducere historicam, nempe: ea quae immediate postea secuta sunt nullo modo cuidam rationi internae sunt adscribenda, sed unice circumstantiis externis et praeprimis politicis. Vi enim et oppressionem physica mo-

scovitica mox Ecclesia Unita in his regionibus ruinae obnoxia devenit simulque cum Regno Poloniae exdiviso corrui, saltem in maiori parte Ucrainae et Bielarusjæ. Saltus hic ex « aetate aurea » in praecipitium et barathrum exaninationis, interna evolutione eiusdem Ecclesiae non solum non explicatur neque iustificatur, sed clarissime societatem politicam Europae orientalis de iniusta et violenta oppressione accusat.

Alia documenta, quae ex periodo subsequenti habentur, omnino clare demonstrant, qua methodo quibusque viis hoc evenit et ad hanc periodum lectores remittimus.

His dictis, nil manet nisi ad solitam nostram methodum in documentis edendis nostros lectores revocemus, de qua iam in aliis voluminibus diximus ea, quae necessaria videbantur.

Tandem notare velimus, quaedam ex serie praesenti supplicationum in aliis voluminibus collocata fuisse et collocanda fore ob eorum strictiorem connexionem cum rebus vel personis vel etiam eventibus in aliis voluminibus descriptis. Si quae tamen superessent, in *Miscellaneis* publici fient iuris.

P. ATHANASIUS G. WELYKYJ, OSBM

NOTAE BIOGRAPHICAE

R. P. Hlib Gregorius Kinach, OSBM

Natus est die 5 octobris anno 1888 in oppido Zbaraz, in Ucraina occidentali seu Galicia, tunc temporis in dominio Austriae manente, patre Joanne et matre Anna Kyryk.

Expletis studiis primariis in oppido natali, annis 1900-1908 Tarnopoli studia secundaria absolvit et mox Ordinem Basilianorum est ingressus.

Die 31 octobris 1908 novitiatum Krechoviense petiit, ubi, post debitam probationis periodum, anno 1910 (die 30. VI) simpliciter et dein Romae anno 1914 (die 26. IV) sollemniter est professus, tempore studiorum theologorum.

Cursu philosophico in Galicia expleto (1910-1912), studiis theologiae vacabat Romae, in Universitate Gregoriana (1912-1915), qua in Alma Urbe die 21 februarii diaconatum etiam est adeptus.

Bello tamen universo exarso, in patriam redire coactus, Vindobonensi in civitate die 3 septembris 1915 ad sacrum presbyteratus ordinem est promotus in ecclesia S. Barbarae, Excel.mo D. Dionysio Njaradi ordinante, et ad studia theologica absolvenda Leopolim petivit, ubi etiam studiis philosophiae ann. 1916-1918 vacabat.

Quibusdam minoribus officiis monasticis in monasterio Leopolitano Zoločivensi et Krystynopolitano functis, die 2 novembris an. 1920 magister novitiorum in monasterio Mukačevensi, in Ucraina Transcarpatica, fuit designatus, quo in officio, brevibus intervallis exceptis (1931-1932, 1937-1938), usque ad annum 1939 (21. V) de facto et usque ad annum 1946 (25. V) de iure permansit, in difficillimis etiam circumstantiis bellicis huius regionis.

Romam anno 1946 evocatus, a Sacra Congr. pro Ecclesia Orientali nominatus fuit Vicarius Generalis Ordinis Basiliani S. Josaphat, quo in officio usque ad annum 1949 (die 14. VI) permansit quodque dein Protoarchimandritae R. P. Theodosio T. Haluščynskyj (1949-1952) tradidit, officio sibi adsignato Protoconsultoris et Ordinis Vicarii usque ad annum 1953 fungens.

Annis vero 1953-1963 successive vel simul functus est officio Con-

sultoris Generalis (1953-1958), Protoconsultoris item Generalis (1958-1963) nec non Pontificii Collegii S. Josaphat de Urbe directoris spiritus (1953-1958).

Hac item periodo in edendis Documentis Romanis Ecclesiae Unitae in terris Ucrainae et Bielarusjæ assidue adlaboravit aliaque quam plurima officia monastica et sacerdotalia nec non spiritualia explevit et explet.

« Analectorum OSBM » editio, ipso Ordinem Basilianum moderante (1946-1949), suam accepit novam, romanam formam et existentiam; secundam nempe eorum seriem ipse, ut vir studiorum historicarum amans, excitavit, et ut Superior Ordinis sua auctoritate ad effectum deduxit et opibus Ordinis promovere iussit. Ideo praesens publica agnitio opus est iustitiae et veritatis historicae.

Deus retribuatur merita perennia; homines vero gaudeant eius pro-meritis; confratres exempla sequantur.

Omnia denique fausta feliciaque ominantes, nostrum offerimus grati animi sensum et ad Deum preces.

SUPPLICATIONES
ECCLESIAE UNITAE UCRAINAE ET BIELARUSJAE

VOL. III

**SUPPLICATIONES ECCLESIAE UNITAE UCRAINAE
ET BIELARUSJAE
(1741-1770)**

874.

1741.

Pro concessione quorundam facultatum Episcopo Pinscensi, alumno olim romano.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1741, vol. 706, f. 17.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Georgius Bulhak, Episcopus Pinscensis et Turoviensis Ritus Rutheni,¹ olim alumnus Collegii de Propaganda Fide, humillimus EE.VV. Orator, supplex exponit, quod cum tam ratione obligationis, quam in alumnatu contraxit, quam intuitu praesentis status sui ad succurrendum spiritualiter suis Dioecesanis teneatur, quo salubrius et efficacius id praestare possit, enixe precatur, quatenus EE.VV. facultates, alias Episcopis ultramontanis concedi solitas, Oratori benigne indulgere dignentur, tanto magis, quod in vastitate suarum Dioecesium frequentes contigunt casus, efficacia dictarum facultatum indigentes, et interea priusquam in particulari recursu gratia habeatur, mora expectantibus nociva esse solet. Propterea enixe implorat, etc. Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc. etc. ...

¹ Georgius Bulhak, Ep. Pinscensis ann. 1730-1769. Alumnus romanus Collegii Urbani de Prop. Fide ab anno 1721. De hoc alumno habetur notatum in Annalibus Collegii: « Giorgio Bulhak di Slonima nella Lituania, Polacco di Nazione e Religioso dell'Ordine di S. Basilio Magno d'anni 21; entrò in Collegio li 17 settembre 1721, d'ordine della S. Congregazione; è ordinato nei quattro Ordini minori; ha studiato un anno di Theologia scolastica; sa la lingua nativa e la latina, e fu vestito nella mattina delli 29 settembre di detto anno; prestò il solito giurmento la mattina delli 21 giugno 1722. Celebrò la prima Messa nella Chiesa de SS. Sergio e Bacco nel dì 15 agosto 1723, e fu dottorato in filosofia e teologia nel giorno primo di marzo 1725. Partì poi dal Collegio a dì 2 di aprile 1725, havendo havuti scudi 70 per il viatico, vestiario e cose di devozione et havendo lasciata memoria di se stesso tanto per il buon costume, quanto per il profitto nelli studii, quanto per l'osservanza delle Regole della civiltà, saviezza e docilità, che ha sempre praticato. Nel mese di marzo 1730 fu eletto vescovo di Pinsco nella Lituania » (vol. II, pa. 278).

875.

1741.

Facultas transeundi ad Ritus Latinum ob ingressum in Religionem latinam.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1741, vol. 707, f. 273.

Beatissime Pater.

Patres Conventus, et Civitatis Leopoliensis, Ordinis Minorum Conventualium S. Francisci, ad pedes S.V. prostrati, humillime exponunt: quod Stephanus Popiel, Nobilis Polonus, qui natus fuerat in Ritu Graeco, in Ritu tamen Latino vivebat, et Sacramentum Eucharistiae sub specie azyma percipiebat, susceptus sit pro statu clericali ad eandem Minorum Conventualium Religionem, ibique Leopoli in formali primo Seminario peragat Novitiatum. Supplicans proinde S. Vestrae praefati humillimi Oratores, ut praedictus Frater Stephanus Popiel in ista Minorum Conventualium Religione regularem professionem valeat emittere, ac ad Sacros Ordines deinde promoveri, non obstante sola sub Ritu Graeco nativitate; cum ibidem homines istius Ritus permixti sint cum Latinis, et Latini quoque ad Religiosos S. Basilii, Graecum observantes Ritus, reciproce suscipiantur. Quod de gratia, etc. etc. ...

876.

1741.

De illegitima et nulla provisione Innocentii Lipnickij ad Archimandriam Dorohobuscensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia, Ruteni*, vol. 7, fol. lrv, 3.

Eminentissimi et R.mi Domini.

Procurator generalis Basilianorum Ruthenorum,² humillimus EE.VV. Orator, attento quod cunctis in ordine suo negotiis EE.VV. salubriter providere consueverint, idem benigne praestandum expetit in sequenti.

P. Innocentius Lipnicki, contra statuta et jura Ordinis, tum contra Breve Benedicti XIII. (:cujus copia annectitur:),³ quia non habito Ordinis consensu, solo autem R.mi Metropolitanum (:ad cujus latus auditorem egit:) favore adstipulatus, procuravit nominationem sui a Principe Lubomirski pro Archimandria seu Abbatia Dorobusensi; supplicat proinde Orator, ut EE.VV. obviando huic et similibus inconvenientiis, monitum et hortatum reddere velint R.mum Metropolitanum, ne procedat ad benedictionem pro dicta Abbatia ambientis contra omnem aequitatem Patris Innocentii, sed potius inclinet ad eum

² Stebnovskyj Caesarius (1740-1744).

³ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum historiam Ucrainae illustrantia*, vol. II, Romae 1954, nr. 670, pag. 58, sub dat. 16.XII.1728.

benedicendum, qui post exantlatos a quadraginta annis in Religione labores, (:qualis est P. Policarpus Mihunievicz:)⁴ unanimi totius Ordinis voto pro laudata Abbatia proponitur et promovetur.

Ultra enim Statuta Ordinis et citatum Breve contra ambientes emanatum, rationi et justitiae consonum est, ut pleni dierum et meritorum Patres praeferrantur in ordine ad fruitionem beneficii, quod est panis bene merentium, iuniores autem, oportet ut discent promoveri, et exemplo ad recte operandum stimulati agnoscant etiam eorum meritis, quoties ea habuerint, justitiam faciendam. Alioquin, in casu contrario, nihil boni sperandum erit in Ordine et ritu nostro. Nulla enim erit cura missionum, modica disciplinae regularis observandae sollicitudo, solum remanebit studium captandae R.mi Metropolitanitani gratiae, quia in dicto casu haec sola esset pro merito adaequato ad praemia capessenda.

Accedit quod R.mus Metropolitanus circa suum ascensum⁵ (f. 1v) in Metropoliam, in manibus Excellentissimi D.mi Nuntii Apostolici emisso juramento, se obstrinxit non violandi jura Ordinis Basiliani; proinde aequum est, ut et in praesenti casibus illis non deroget, ne magis serpat et in alios diffundatur privatus ambitus cum evidenti offensa justitiae et boni ordinis irreparabili discrimine.

Alia pro nunc omittendo motiva, solum humillimas innovat preces nomine totius Ordinis orator pro expetita gratia.

Quam DEUS et etc. etc. ...

(f. 3v) Sacrae Eminentissimorum et R.morum Cardinalium Congregationi de Propaganda Fide.

Pro Procuratore Generali Basilianorum Ruthenorum.

Si è scritto a Monsignor Nunzio in Polonia li 12 agosto 1741.

877.

1741.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae in Metroopolia Kioviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1741, vol. 709, f. 42.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Monsignor Atanasio Szepticki, Metropolitanus della Russia, avendo consumate le facultà altre volte riportategli dall'EE. VV., di dispensare sopra la bigamia, supplica umilmente le medesime degnarsi di impetrarlene di nuovo dalla S. Congregazione del S. Offizio, affine possa colle medesime supplire all'istanza de ricorrenti di quella sua vastissima Diocesi, etc. etc. ...

⁴ Policarpus Mihunevyč, dein electus fuit Protoarchimandrita Ordinis Basiliani in Capitulo Generali Dubnensi an. 1743 (1743-1747).

⁵ Athanasius Szeptyckij, Metropolita Kioviensis (1729-1746).

878.

1742.

De iure Metropolitanae Kioviensis instituendi Archimandritas Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 543rv, et 544rv, 545v.

Emin.mi, et Rev.mi DD.

Promotor fiscalis Curiae Archiepiscopalis Kiovien., ac Metropolitanae totius Russiae, humillime exponit EE. VV., quod vacata Abbatia Drohobuscensi Ord. D. Basilii Magni Greci Ritus in Monasterio sito in medio Congregationis seu Provinciae, quam appellant Poloniae, et precise in dioecesi Luceorien., cum Rev.mus Metropolitanus illam, donec sequeretur nominatio, et istituito novi Abbatis in administrationem consignasset R. P. Marciano Holounia, Abb. Mitrato Abatiae, et Monasterii Mielecensis,⁶ et viro omni exceptione maiori, nonnulli Superiores eiusdem Ordinis, ac Ritus sed diversae Congregationis, id est Provinciae Lituaniae, ausi sunt prorsus inscio praefato Domino Metropolitanato, ac propria auctoritate pro actuali Superiore d. Monasterii Religiosum quendam designare, ita practicando inauditum genus iurisdictionis redigendi Abbatias ad simplicem Superioratum.

Hoc factum, EE. PP., est grave attentatum, quod primo laedit mentem illorum, qui fundarunt Abbatiam Drohobuscensem, de qua agitur, (f. 543v) et est pessimi exempli pro illis Abbatiis, quae a piis viris erigi meditantur.

2. Iurisdictionem praefati Rev.mi Metropolitanae, ad quem pertinet Abbaties instituere, et destituere, ut definit haec S. Congregatio in: Kiovia, Juris visitandi, 12. 7bris 1739.

3. Auctoritatem huius S. Congregationis, quae iam diu questionem hanc definivit mediante precitato Decreto.

Ideoque Orator humillime supplicat quatenus EE.VV. dignentur designationem memorati Superioris, per Superiores Lituanos factam ad dictam Abbatiam, nullam et irritam declarare, etc. etc.

(f. 545v) Die 20 Ianuarii 1742.

Nuntio Apostolico pro informatione et voto, auditis Monachis, eisque praefixo termino ad deducenda iura in S. C.

Pro Promotore Fiscali Curiae Archiep. Kiovien., totiusque Russiae Metropolitaniani.

⁶ Marcianus Holovnia erat Archimandrita Dorohobuscensis inde ab anno 1730; anno, ut videtur, 1740 obtinuit Archimandriam Mielecensem. Obiit anno 1747.

879.

1742.

Petitur licentia transeundi ad Riturum Latinum pro quodam fidei ex Eparchia Peremysliensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 710, f. 77.

Beatissime Pater.

Georgius Dobrzynski, Dioecesis Premislieni., provolutus ad pedes S. V. humillime esponit, quod ipse Orator a parentibus honestae familiae, sed pauperibus, natus de anno 1717, in Ritu Rutheno Unitorum, et a Sacerdote pariter Rutheno baptizatus, in anno aetatis suae octavo transit ad Riturum Latinum, in eoque educatus usque ad praesens perseverat ac perseverare intendit. Et cum excoluerit iuventutem suam cum fructu in studiis humanioribus, cupit modo promoveri ad Statum Spiritualem, seu Ecclesiasticum Ritus Latini Romani. Supplicat propterea humiliter S. V., ut dignetur dispensationem Oratori concedere super transitu a Ritu Rutheno, in quo natus fuit, ad Riturum Latinum Romanum, in quo educatus est, praesertim quia Orator ad Riturum Ruthenum nativum numquam est reversurus, dum ab eodem omnino abhorret, idque aegre ferrent illius consanguinei in dignitatibus saecularibus constituti, ope et auxilio quorum hucusque vixit, adeo ut nisi talis gratia Oratori concedatur, neutrius Ritus Ecclesiis utilis erit. Quod Deus, etc. etc. ...

880.

1742.

De licentia transeundi ad Riturum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 710, f. 78.

Beatissime Pater.

Supplex, ac devotus S.V. Orator, Joannes Staszkievicz, humillime esponit, quomodo hic, quamvis ex Parentibus Ritus Graeci in Parochia Samboriensi natus sit, quia tamen a teneris annis, post mortem Parentum, in studio apud PP. Societatis Jesu in Ritu Latino educatus fuit, et in eodem finaliter cupiat permanere, ideoque Orator humillime supplicat S.V., quatenus eidem facultatem permanendi in Ritu Latino benigne concedere dignetur. Quam gratiam Deus, etc. etc. ...

881.

1742.

Prorogatio facultatum pro Episcopo Peremysliensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 710, f. 106.

Emin.mi et Reverendissimi Domini.

Hieronymus Ustrzycki, Episcopus Premisliensis Ruthenus,⁷ humillime supplicat EE.VV. pro confirmatione suarum Facultatum. Quam Deus, etc. etc. ...

882.

1742.

Instantia Episcoporum pro conservatione iuris eligendi Coadiutorem Metropolitanæ Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 710, f. 144.

Beatissime Pater.

Episcopi Ritus Graeci Russiae, devoti S.V. Oratores, humiliter exponunt, Metropolitanam Russiae Graeci Ritus tentare habere Coadiutorem Episcopum Luceorien, eiusdem Ritus,⁸ non sine suspitione, quod in Urbe iam procuretur. Quia vero tam Metropolita quam Coadiutor praedicti per Decretum huius S. Congregationis debent eligi, ideo Oratores praedicti Iura sua substinere, et talem Coadiutoriam impedire volentes, supplicant humiliter S.V. pro opportuno remedio. Quod etc. etc. ...

883.

1742.

Licentia ascendendi ad Ordines sacros pro Maximiliano Rylo.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 711, f. 14.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Massimiliano Rylo,⁹ dell'Ord. di San Basilio, Monaco in Russia Polacca dalla Diocesi di Polozch, Alunno del Collegio Urbano di Propaganda Fide,

⁷ Ann. 1715-1746.

⁸ Agitur de Theodosio Rudnyckj (1731-1751).

⁹ Alumnus romanus Col. de Prop. Fide inde a 17 septembris 1741; dein, post varia officia in Ordine expleta, anno 1759 nominatus fuit Episcopus Chelmensis (1759-1784), et dein translatus ad Sedem Peremysliensem an. 1785, obiit an. 1793, die 22 novembris, anno vitae 79. Instantiam hic allatam exauditam habuit et die 3 maii 1742 subdiaconatum, die 14 maii diaconatum, et die 22 septembris eiusdem anni Presbyteratum obtinuit.

desiderando d'esser promosso alli Sagri Ordini del Sottodiaconato e Diaconato, ossequiosamente supplica l'EE.VV. della necessaria facoltà, che dalla grazia, etc. etc. ...

884.

1742.

Pro admissione novi alumni ad Collegium Urbanum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 712, f. 250.

Eminentissimi e Rev.mi Signori.

Il Procuratore Generale de Basiliani Ruteni, umilissimo dell'EE.VV. Oratore, espone, qualmente essendo per terminare li studii di Teologia un Monaco Basiliano Ruteno, Alunno di codesto Collegio, supplica per tanto l'Oratore la somma clemenza dell'EE.VV. a degnarsi di concedere la solita grazia per il successore del sudetto alunno. Che della grazia, etc. Quam Deus, etc. etc.

7 Augusti 1742

885.

1742.

Licentia transeundi ad Riturum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1742, vol. 712, f. 273.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Supplex, ac devotus EE.VV. Orator, Joannes Staszkievicz, Polonus, Dioecesis Premisliensis, cum osculo S. Purpurae humillime EE.VV. exponit, quomodo hic, ex Parentibus schismaticis natus, post mortem eorundem a teneris annis studio PP. Societatis Jeus in Ritu Latino educatus, semper confessus, publice SS. Eucharistiae Sacramento huc usque reficiebatur, quare in Ritu Latino finaliter permanere, et uxorem Ritus Latini ducere cupit; sed quia ab Ordinario Ritus Graeci citationibus Consistorii compellitur, ut Riturum Graecum suscipiat, et non sine magna bonae famae illius laesione, et scandalosa Populi admiratione excommunicationibus publicis per totam Dioecesim, tanquam infidelis publicatur, hinc praefatus Orator fame corporis et animae plusquam a tribus mensibus pressus, enixis precibus humillime EE.VV. supplicat, benigne sibi facultatem in Ritu Latino, ob ignorantiam Graeci, permanendi elargiri, ne diutius specificatis crucietur penis. Quam gratiam Deus, etc. etc. ...

7 Augusti 1742.

886.

1742.

Ne uniantur provinciae Basilianorum in unam Congregationem donec audiatur Procurator Provinciae Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 313rv.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Il Promotor Fiscale della Curia Metropolitana di Kiovia, e di tutta la Russia avendo perinteso, che dal Procurator generale della Provincia di Lituania si promova l'Instanza in questa S. Congregazione di unire anche l'altra Provincia di Polonia,¹⁰ sotto un Generale Protoarchimandrita da elegeri con l'alternativa, à tenore di un Breve della S.Me. di Urbano VIII, e perche ciò repugna al Sinodo di Zamoscia e sarebbe per partorire pregiudizialissimi effetti, per tanto supplica umilmente l'EE. VV. degnarsi non risolvere questo importantissimo affare sin tanto non sia giunto in Roma un Padre spedito a quest'effetto con le Istruzioni necessarie da Monsignor Metropolitan, e non siano dedotte le ragioni e motivi, che concorrono (f. 313v) in contrario. Ed in caso il detto Patre Generale deducesse documenti o altro in questo proposito, vengono supplicate ordinare che siano comunicate à Carlo Evangelisti, Procuratore della suddetta Curia, che abita nella Piazza di S. Nicola a Cesarini, incontro al Falegname. Che della, etc. etc.

887.

1743.

Supplicatio Petri Koss pro concessione subsidii.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 714, f. 33.

Emin.mo e Rev.mo Signore.

Pietro Koss, Moscovita,¹¹ umilissimo Oratore di Vostra Eminenza, essendo già ridotto alle estreme miserie, mantenendosi qui in Roma dal proprio per tre, e più anni, si trovò ammalato per tutto scorso mese di Gennaro del corrente, nella quale sua infermità ha imprestato dieci scudi per salvarsi,

¹⁰ Agitur de famoso Capitulo Dubnensi an. 1743, in quo ambae Provinciae in unum Ordinem S. Basilii Magni Ruthenorum adunatae fuerunt, quae unio dein a PP. Benedicto XIV litteris Ap. « *Inter plures* » de dat. 11.V.1744, approbata fuit. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88, nr. 704.

¹¹ De biographia cfr. eius instantiam autobiographicam sub nr. 1022, an. 1757.

e ristabilirsi, adesso non avendo dà dove potrebbe, come deve, pagar quel debito di dieci scudi, ricorre umilissimamente alla bontà, clemenza, e carità di Vostra Eminenza, supplicando a sollevarlo. Che della grazia, etc. etc.
15 Januarii 1743.

888.

1743.

Supplicatur dispensatio ab irregularitate pro quodam sacerdote ex Eparchia Kioviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 714, f. 95.

Emin.mi, et R.mi, Domini.

Eustachius Puchtajevicz, Parochus Colodnensis Ritus Greco-Rutheni, Dioec. Metropolitanae Kjovien., dev.mus S. V. Orator, is contendens cum quodam homine ita in rixa eum aliquoties percussit, ut ex ea percussione mortuus esse post aliquod septimanas praesumeretur. Proinde per Decretum loci Ordinarii pro irregulari declaratus, et pro absolutione ubi de iure remissus. Modo vero dolens de praemissis humillime supplicat S. V. pro absolutione, et dispensatione super irregularitate. Quam Deus, etc. etc. ...

15 Januarii 1743.

889.

1743.

Supplicatio pro dispensatione ab irregularitate pro quodam sacerdote ex Eparchia Polocensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 714, f. 96.

Beatissime Pater.

Joannes Mudrovicz, actu Presbiter Ritus Rutheni, Archi-dioecesis Polocensis, ad pedes S. V. prostratus exponit, quod infelici eventu et minus advertenter quandam faeminam gravidam percusserit, ita ut post aliquot a die percussione hebdomadas illa faemina mortuum factum enixa fuerit; hinc cum eiusmodi eventum causasse Orator colligitur probabiliter, enixe supplicat ut S. V. ex summa benignitate sua dispensare dignetur in exposita irregularitate cum Oratore miserrimo, nec vitam propriam aliter nisi altaris ministerio sustentare valente. Quod ex gratia, etc. Deus, etc. etc. ...

890.

1743.

Instantia Episcopi Peremysliensis latinorum pro licentia pertrahendi Ruthenos ad Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 714, f. 188, 189 (alia copia).

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Monsignore Sierakoski, moderno Vescovo di Premislia,¹² ha stimato suo debito di fare rappresentare all'EE. VV. che nell'ingresso che fece nella Chiesa di Premislia, alla quale fu ultimamente promosso, frà l'altre notizie, che giornalmente v'è prendendo dello stato di detta sua Chiesa, ha trovato che molti luoghi della sua vasta Diocesi si trovano abitati totalmente da gente di Nazione Ruthena, che professa unitamente il Rito Greco, tenendone ancora in gran numero per i suoi Domestici nella Residenza ordinaria della sua Corte. Ma con suo gran ramarico ha trovato questa gente per la maggior parte così rozza e male istruita, che appena s'è che Rito tenga, ne come creda, onde per adempire con la maggior possibile attenzione al suo pastorale Ufficio ha dato tutti gl'ordini più premurosi acciò questa povera gente s'è per la Diocesi, che nella sua Corte, sia debitamente istruita, mediante la frequente spiegazione del Catechismo. Si protesta però detto Vescovo che gli sarebbe di somma consolazione e vantaggio spirituale di detto Popolo se gli venisse concessa la licenza di passare al Rito Latino per la maggior facilità e commodità che avrebbe di ricevere li SS. Sacramenti, e particolarmente della Communionne, siccome ne supplica l'EE.VV. anche à nome di detta Nazione.¹³ Che etc. etc. ...

12 Marzo 1743.

891.

1743.

Viaticum pro Maximiliano Ryllo, alunno romano.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 714, f. 280.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Massimigliano Ryllo, Monaco Basiliano di Rito Ruteno, Alunno del V. Collegio Urbano de' Propaganda Fide, umilmente rappresenta alle Eminenze Vostre, aver finito il corso de' suoi studii nel suddetto Collegio, e perciò deve quanto prima partire, per andare ad impiegarsi nelle Sagre Missioni della Russia Polacca, sua Patria. Supplica umilmente l'Eminenze Vostre a volersi degnare di concederli il solito Viatico, che sogliono dare agli Alunni del detto Collegio, nella loro partenza, che etc. etc. ...

1 Aprile 1743.

¹² Venceslaus Sierakowski (1741-1759), dein Leopoliensis (1760-1780).

¹³ Forsan tantummodo nomine quorundam Nobilium, quia hic transitus a populo ucraino fere execratus fuit, prout constat ex lamentelis et instantiis Episcoporum et generali reprobatione populi.

892.

1743.

Instantia Petri Koss pro admissione ad Ordines sacros, ut possit Ordinem Basilianorum ingredi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 280.

Il Signor Pietro Koss desidera entrare nella Missione a Monte Citorio per farvi gl'esercizi in disposizione agl'Ordini, ai quali intende di promuoversi in Roma nel proprio suo Rito a titolo di Missione, come stato Alunno del Collegio Urbano, e dopo che sarà ordinato sarà volentieri accettato tra i Basiliiani Ruteni.¹⁴

Domanda scudi 20, per vestirsi, essendo tutto lacero, etc.

13 Maii 1743.

893.

1743.

In causa irregularitatis sacerdotis Polocensis, Ioannis Mudrowicz.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 50.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Vicarius Generalis in Spiritualibus Archidioecesis Polocensis Ritus Graeci-Uniti, humillimus EE.VV. Orator, exponit, qualiter Joannes Mudrowicz, actu Presbiter eiusdem Archidioecesis et Ritus, cum percusserit faeminam quandam, non advertens esse gravidam, illa paucis post diebus enixa fetum, vivum equidem, sed intempestivum, brevi etenim, postquam baptizatus erat, vivere desiit; cum itaque ex quibusdam coniecturis causa illius intempestivi partus extitisse adeoque irregularitatem incurrisse praesumatur dictus Joannes, acriter monitus et iam bene castigatus fuit in officio Oratoris, ut vero cum eodem benigne dispensetur supplicat Orator, ea praesertim attenta necessitate, quod cum in dicta Archidioecesi tam Presbiterorum quam Presbiterandorum summa sit penuria et Catholici permixti Schismaticis reperiantur, temendum venit ne Catholici ob defectum proprii Parochi ad Ecclesias accedant Schismaticorum cum illisque communicent; cui periculo, ut quam primum obvietur, Orator innovat supplices preces pro gratia, etc. Quam Deus, etc.

10 Iunii 1743.

¹⁴ Cfr. eius instantiam adhuc sub an. 1757, nr. 1022. Nunquam revera Ordinem Basilianorum ingressus est.

894.

1743.

In causa irregularitatis cuiusdam sacerdotis Leopoliensis Eparchiae.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Hypatius Bilinski, O.S. Basili M., Vicarius Generalis in Spiritualibus Dioecesis Leopoliensis. Ritus Graeci-Uniti,¹⁵ obsequiosissimus EE.VV. Orator, humillime exponit, qualiter Michael Thomicz, Parochus Beleiovien. Graeco-Ruthenus, cum habuerit rixam cum quadam foemina rustica, eandem flagro excepit, deinde protrusit, quae ex hac percussione et casu nocte sequente faetum (: qui praesumitur fuisse animatus :) mortuum fuerit enixa; quapropter dictus Parochus ad Juditium delatus, et per sententiam loci Ordinarii anno 1741, die 4 Maii, pro causatione abortus irregularitatem contraxisse declaratus, ac pro dispensatione ubi de iure remissus est; ne igitur ob inopiam suam contra decentiam Status Ecclesiastici panem mendicare cogatur, et attenta penuria Sacerdotum, humillime supplicat Orator EE. VV., ut cum dicto Presbytero (: qui iam paenas proportionatas delicto absolvit :), dolente de praemissis, Sedes Apostolica benigne super irregularitate dispensare dignetur.

Quod ex gratia, quam Deus, etc. etc. ...

10 Iunii 1743.

895.

1743.

Pro concessione facultatis dispensandi ab impedimento bigamiae pro duobus fidelibus ex Eparchia Polocensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 54.

Beatissime Pater.

Archiepiscopus Polocensis Ruthenus,¹⁶ humillimus S. V. Orator, attenta tum Presbiterorum tum Presbiterandorum in sua vastissima Archidioecesi penuria, enixe supplicat quatenus S. V. benigne dignetur impertiri Oratori facultatem opportunam dispensandi cum duobus candidatis, idoneis equidem sed bigamiae realis impedimento laborantibus, nisi enim quo potest fieri modo provideatur Archidioecesi Oratoris, summum illa pateretur detri-

¹⁵ Basilianus dein electus in Protoarchimandritam Ordinis ann. 1747-1751, et 1759-1771. Obiit die 8 aprilis 1771 durante officio. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Protoarchimandrita Basilianorum*, Romae 1958, pag. 286-288.

¹⁶ Florianus Hrebnyckyj (1720-1762), dein Metropolita (1748-1762).

mentum, quoties fideles Catholici ob defectum proprii Pastoris ad vicinas Schismaticorum (: qui intermixtim manent:) Ecclesias descenderent, cum gratia, etc. Quam Deus, etc. etc. ...

19 Augusti 1743.

896.

1743.

In negotio irregularitatis sacerdotis Eparchiae Kioviensis, Eustachii Puchtajewicz.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 265.

Emin.mi, et Rev.mi Domini.

Josaphat Wysocki, Ordinis S. Basilii M., Vicarius Generalis in spiritualibus Archidioecesis Metropolitanae Kiovien.,¹⁷ Ritus Graeci-Uniti, devotissimus EE.VV. Orator, humillime exponit, qualiter Eustachius Puchtaievicz, Parochus Kolodecen. modo dictae Archidioecesis, cum contenderit cum quodam homine eundem aliquantum contudit in rixa, qui proinde ex huius modi percussione post aliquot septimanas mortuus esse praesumitur. Inde dictus Parochus per Decretum loci Ordinarii, anno 1741 latum, punitus, pro irregulari declaratus, ac pro absolutione ubi de iure remissus est; hic idem Parochus modo ad talem meiseriam est redactus, ut mendicato pane familiam suam providere cogatur, humillime igitur supplicat Orator EE.VV., ut cum illo, dolente de praemissis, Sedes Apostolica, attenta et considerata in his partibus penuria sacerdotum, benigne super irregularitate dispensare dignetur, quod ex gratia etc. Quam Deus, etc...

19 Augusti 1743.

897.

1743.

Pro obtinenda facultate dispensandi ab impedimento bigamiae instat Metropolita Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 64.

Emin.mi et Reverendissimi Domini.

Athanasius Szeptycki, Archiepiscopus Metropolitanus Kijoviensis, ac totius Russiae, Episcopus Leopoliensis, Halicenis. et Camenecensis, devotissimus EE.VV. Orator, humillime supplicat EE.VV. pro facultatibus super bigamia sibi concedi solitis; ut valeat 24 personas, impedimento eiusdem irretitas, pro

¹⁷ Dein fuit Archimandrita Zolkeviensis (-1773).

dictis suis Dioecesibus dispensare, ac ad Sacros et Presbyteratus Ordines, attenta inibi penuria sacerdotum, promovere. Quod ex gratia, quam Deus, etc. etc.

19 Augusti 1743.

898.

1743.

De provisione Eparchiae Mukačoviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 265.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Vacando per morte di Giorgio Blasouszky il Vicariato Apostolico Munkacsense,¹⁸ Graeci Ritus in Ungaria, concorre al medesimo Michele Olsauszky, Oratore humilissimo dell'EE.VV.,¹⁹ raccomandato premurosamente dalla Maestà della Regina d'Ungaria, e Bohemia²⁰ come consta dall'ingiunto dispaccio diretto à Monsignor de Thunn, suo Proministro alla Corte Romana. Pertanto supplica riverentemente il sudetto Oratore l'EE. VV., acciò si compiaccino conferirgli il sudetto Vicariato, et ottenergli da Sua Santità un titolo in Partibus, per esercitare li Pontificali nel distretto di Munkac, conforme l'hanno ottenuto li suoi Antecessori, il che spera dalla somma benignità dell'EE.VV., quam Deus, etc. etc. ...

19 Augusti 1743.

899.

1743.

Altare portatile pro Nicolao Radkiewicz, Basiliano.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 715, f. 31.

Beatissimo Padre.

Nicolò Radkiewicz Monaco del Ordine di S. Basilio di Rito Greco, Dioecesi di Pinsko in Polonia, Oratore umilissimo della S. V., reverentemente espone, esser constretto fare molti viaggi ex officio in varii luoghi, e città d'eretici, dove non vi sono Chiese, ne Oratori per poter celebrare la

¹⁸ Gabriel Georgius Blažovskyj, Vic. Apost. Mukačoviensis (1738-1742).

¹⁹ Emanuel Michael Olšavskyj (1743-1767).

²⁰ Maria Theresia, nata 13.V.1717, ab anno 1740 Regina Hungariae, Bohemiae et Austriae. Ab anno 1764 nomine filii Josephi II Imperatrix Sacri Romani Imperii. Obiit an. 1780, die 29 novembris.

S. Messa, onde supplica umilmente la S. V. volergli concedere l'Altare portatile, per comodo di poter dire e fare udire la S. Messa a Cattolici ne suddetti luoghi, che etc. etc.

Il suddetto Oratore è Vicario di Monsignor Vescovo di Pinsko, e Superiore del Convento de Monaci di S. Basilio.

Die 10 Iulii 1743: Ad Congregationem Propagandae Fidei, ut examinet preces Oratoris.

900.

1743.

Instantia Petri Koss, ut dispensetur ab impedimento ingrediendi Ordinem Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 715, f. 315.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Petrus Koss,²¹ Roxolanus, Ritus Graeco-Rutheni, Ven. Collegii Urb. de Propaganda Fide Alumnus, humillimus Orator EE.VV., desiderando satisfacere vocationi suae, de qua Eminentissimus et Rev.mus Dominus Cardinalis Petra, Praefectus huius Sacrae Congregationis sufficienter est informatus, enixe supplicat, quatenus EE.VV. dictum Oratorem dispensare in parte Juramenti, de non ingredienda Religione absque scitu, et expressa licentia eiusdem Sacrae Congregationis, ipsique opportunam licentiam ingrediendi Religionem S. Basili Magni Congregationis SS.mae Trinitatis in Lithuania, benigne impertiri dignentur, etc. etc. Quam gratiam, etc. etc. ...

30 Septembris 1743.

901.

1743.

De ingressu Petri Koss in Ordinem Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 715, f. 316.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Il Chierico Pietro Koss, già Alunno del Ven. Collegio Urbano di Propaganda Fide, umilissimo Oratore di VV.EE, si trova molto afflitto, perche nella sua già avanzata età ancora ne resta senza lo stato perfetto, colle continue inquietudini, sin'a tanto che arriverà di esser nell'Ordine di S. Basilio Magno, e per ora inutilmente perde i giorni, mesi, et anni; e mentre l'accettazione è facilissima per lui, quando colà sarà presente, non resta altro, che

²¹ Cfr. infra, sub nr. 1022, an. 1757.

benigna clemenza di VV.EE. di concedergli in scritto toties supplicata licenza, di poter liberamente entrare nel detto Ordine Basiliano.

Per facilitar poi il suo viaggio verso Polonia, umilissimamente ne supplica VV.EE. di aggraziarlo con qualche sussidio caritativo, etc. Che della grazia etc. etc. ...

30 Settembre 1743.

902.

1743.

Instantia cuiusdam sacerdotis ex Eparchia Peremysliensi pro exmissione in partes infidelium.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 30.

Beatissime Pater.

Supplex, ac devotus S.V. Orator, Jacobus Malutowicz, Sacerdos, ac Praedicator Ecclesiae Parochialis Dioecesis Premisliensis in Polonia, cum osculo pedum humillime S.V. exponit, quomodo hic ab annis pluribus ardentissimis votis desiderabat personaliter visitare Sacra SS. Principis Apostolorum Petri, et Pauli Limina, et exinde prosequi vestigia Missionariorum Apostolicorum ad Partes Infidelium, offerendo se in obsequium Propagandae S. Catholicae Fidei; et ut ad effectum sua deducere potuisset vota, cum obtentis ab Ordinario loci dimissorialibus, Romae praesens humillime Sanctitati Vestrae supplicat, benigne secum ac suis votis disponi. Quam gratiam Deus, etc. etc. ...

903.

1743.

De transitu cuiusdam fidelis Ritus Graeci in Eparchia Peremysliensi ad Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f.

Eminentissime et Reverendissime Domine.

Jacobus Radlinski, Praepositus Prevorscensis Dioecesis Praemysliensis in Polonia, humillimus Eminentiae Vestrae Orator, humillime esponit, quod in **et**us Parochia quidam Stephanus Wasilowski, homo pauperrimus, ignarus Sacrorum Canonum, propria voluntate ante annos aliquot transiit ex Ritu Graeco unito, ad Ritum Latinum, ac tandem sponsalia inivit cum quadam virgine pauperrima Ritus Latini; postquam tres denuntiationes factae, ante ipsam benedictionem matrimonii venit Sacerdos Ritus Graeci uniti, inhibendo benedictionem matrimonii ex eo, quod futurus maritus sponsae sit natus in Ritu Graeco, adeoque debet redire ad Ritum Graecum. Praepositus Prevorscensis ista audiens et sciens bene, quod sit prohibitum transire ad Ritum Latinum, denegavit benedictionem matrimonii. Nihilominus ille nullatenus

vult redire ad Riturum (f. 566v) Graecum, et sponsa illius nollet ipsum habere pro marito, si rediret. In hoc casu cum timeatur ne ab ipsis clandestine aliqua perpetrentur scelera, et quod magis, ad Schismaticos fugiant, Orator qui supra humillimus supplicat Eminentiae Vestrae, quatenus praedictus Stephanus Wasilowski dispensetur, ut possit licite perseverare in Ritu Latino, ad quem ignarus SS. Canonum propria voluntate transiit.

Quam gratiam, etc. etc. ...

904.

1743.

Instantiae et necessitates Petri Koss, alumni romani de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1743, vol. 716, f. 272.

Emin.mo e Rev.mo Signore.

Il Chierico Pietro Koss, Moscovita, già Alunno del Venerabil Collegio Urbano di Propaganda Fede, in età di anni 43, umilissimamente supplica Vostra Eminenza:

1mo: Assegnargli scudi tre per il mese, che con scudi sei del S. Palazzo Apostolico ne farebbero scudi 9 e con questo desidera lui per due, o tre mesi entrare nelle Missioni à Monte Citorio, a prendervi Esercizii spirituali.

2do: Supplica la licenza di poter promoversi ad Sacros Ordines Subdiaconatus, Diaconatus, et Presbiteratus nel proprio suo Rito Greco-Ruteno, secondo le Dimissoriali trasmessegli tempo fà dalla Polonia, pro Subdiaconatu et Diaconatu li 31 Luglio 1730, pro Presbiteratu li 22. 9mbre 1732.

3tio: Supplica, essendo già in Sacris, dargli la licenza, di entrare nella Religione di S. Basilio Magno della Congregazione Rutena, a S. Sergio e Bacco.

4to: Supplica che quei scudi sei, assegnatigli dal S. Palazzo Apostolico al mese, siano per esso lui confermati per il suo livello nella S. Religione, mentre assolutamente non ha esso dà dove mantenersi fuori della sua Patria, ne parenti, ne amici chi lo provveda, al quale provvedimento ne men Religione sarà obligata sul principio, e senza i meriti.

5to: Trovandosi nella S. Religione di S. Basilio, a tutti i comandi della S. Congregazione di Propaganda Fede esso lui umilmente si sottomette, etc. Che della grazia, etc. etc.

905.

1743.

Instantia Petri Koss, ut subveniatur in necessitatibus suis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 562.

Emin.mo e Rev.mo Signore.

Il Chierico Pietro Koss, Moscovita, già Alunno del V. Coll. Urbano di

Propaganda Fede, umilissimo Oratore di Vostra Eminenza, espone qualmente esso lui, ncominciando dal mese Febbraro 1740, sin all'Agosto 1740 inclusivamente, per ogni uno dè sette scorsi mesi, dal Sagro Palazzo Apostolico abbia avuto scudi sei moneta.

Da quali scudi 6 per ogni un mese ha pagato:

Al Collegio Ecclesiastico per il vitto scudi 4, bajochi 50.	
Per il letto, e mobili »	60.
Al Barbiere mesata »	30.
Al Cameriere mesata »	30.
Per l'Oglio »	15.
Per lavar Biancherie »	15.

Sono scudi 6. —

Capello, berretta, berrettino, colari, collarino, sottocamicciola, camiciola, giustacoro, mantello, zimarra, camisie, sciugamani, fazzoletti, ed altra biancaria; calzette, sotto calzette, scarpe, carta da scrivere, posata etc. etc. Come anche per salvarsi nella sua infermità, e dopo per ristabilirsi, tutto questo ha avuto parte dal proprio, parte dagl'imprestati scudi 10.

In avvenire, specialmente gl'abiti d'inverno, e di sopra specificato, da dove potrebbe avere gli mancato tutti i mezzi.

Perciò ne ricorre alla clemenza e bontà di V. Eminenza ed umilmente supplica ad aggraziarlo col benigno provvedimento, etc.

Che della grazia, etc. etc. ...

906.

1743.

Iterata instantia Petri Koss de subsidio.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 566rv, 567rv (olia cop.).

Emin.mo e Rev.mo Signore.

Il Chierico Pietro Koss, Moscovita, già Alunno del Ven. Collegio Urbano di Propaganda Fede, umilissimo Oratore di Vostra Eminenza espone, qualmente esso lui, per ordine della S. Congregazione, essendo venuto in Roma dalla Polonia nel 1739, a dì 3 Dicembre, sin'ad oggi si trova nel Collegio Ecclesiastico à Ponte Sisto, dove per tre intieri scorsi anni, osservando le Regole del detto Collegio, s'è mantenuto con soli sei scudi, assegnatigli per mese dal S. Palazzo Apostolico, dà quali sei scudi ne paga al mese per il vitto scudi 4, b. 50, per mobili b. 60, al barbiere mesata b. 30, al servente b. 30, per l'oglio b. 15, per lavar biancherie b. 15. Ciò tutto fà scudi 6.

Del resto, li abiti, ed altre cose necessarie, ne aveva dal suo proprio, in ciò per tre anni ha speso più che 200 scudi. Adesso affatto gli mancano e li abiti, e denaro, e tutti i mezzi, da dove potrebbe averne, e s'è ridotto alle estreme angustie, nelle quali umilissimamente ricorre alla clemenza e bontà

di Vostra Eminenza, supplicando ad aggraziarlo con qualche benigno provvedimento, etc. etc.

Che della grazia, etc. etc. ...

907.

1743.

De intimatione Capituli Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 572.

Beatissimo Padre

Il Procuratore Generale dè Basiliiani Ruteni, umilissimo Oratore della S. V., considerando l'avvicinarsi ormai il tempo, in cui dovrebbero mandarsi le lettere intimatorie del luogo e del termine da celebrarsi il Capitolo Generale de' suddetti Ruteni,²² già differito col compiacimento della S. V. sin a doppo Pasqua, supplica umilmente la S. V. a degnarsi di far ricordare al Monsignor Nunzio di Polonia, che senza indugiare più spedisca le sue intimatorie per il sudetto effetto, poichè la dilazione ulteriore non può essere se non pregiudiziosa al buon governo dè Monaci. Che della grazia etc. Quam Deus, etc. ...

908.

1744.

Pro dispensatione ab impedimento bigamiae ad Ordines sacros recipiendos.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 573.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Giovanni Szendry, della Diocesi Mokaczowien. in Hungaria di Rito Greco, Oratore umilissimo dell'EE.VV., con ogn'ossequio l'espone, ualmente essendo figlio di un sacerdote Greco, unito con la Santa Chiesa, per avere una Parrocchia di suo Iuspatronato vuole promoversi agl'Ordini Sagri secondo il Rito Greco, ma stante l'aver contratto l'impedimento di bigamia, per essergli morta la moglie, ed averne presa un'altra zitella, non puole promoversi à suddetti Ordini. Onde supplica umilmente l'EE. VV. volere dar facultà al suo Ordinario di poterlo promuovere. Che etc. etc. ...

27 Ianuarii 1744.

²² Agitur de Capitulo Generali Dubnensi, celebrato die 27 maji - 12 iunii 1743, in quo Capitulo constitutus fuit Ordo S. Basilii Magni Ruthenorum, constans duabus Provinciis, Lithuana et Polona. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, pag. 23-24.

909.

1744.

Instantia Archiepiscopi Polocensis pro facultate eligendi sibi Coadiutorem cum futura successione, ad subblevandam oneri et in bonum Eparchiae.

APF, *Scrilt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 574.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Florianus Hrebnicki, Archiepiscopus Polocensis,²³ humillimus EE. VV. Orator, seria consideratione expendens molem episcopalis muneris et de eo reddendum supremo et invisibili Pastori strictam rationem ex una parte, vero ex altera attritas imo prope fractas laborum, a tempore quo Episcopus est, catena vires graviter sentiens, ita ut propter invalescentem in dies corporis debilitatem vix subinde adimplendis sacris functionibus par sit, supplicandas idcirco EE.VV. censuit, prout enixe supplicat, quatenus illi benignum consensum impertiri dignentur, ut Coadiutorem cum futura successione habere possit; ultra enim expositum suae valetudinis statum, etiam vastissimae cum Schismaticis contiguae Archidioecesis suae ratio id omnino exposcit, ut quousque Orator superstes est, a sua tenuitate futurus Coadiutor vera, genuina et magis congrua discat media tum sustinendae tum propagandae Unionis; obviandum quoque est ne post fata Oratoris, superveniens inexpertus successor, tum centuriam Parochiarum cura Oratoris ab anno 1718 consecutive et recenter ad gremium S.R. Ecclesiae conquisitam, tum antiquius huic Archiepiscopatu subiectas et in devotione S. Sedi debite exultas cuiquam exponat periculo, quod periculum tanto magis metuendum venit, quanto vicinior est Pseudo Episcopus Mohiloviensis schismaticus, Volczanski dictus,²⁴ qui ab anno 1737 Cathedram Mohiloviensem, unam ex Suffraganeis Archiepiscopi Oratoris, mediante Regis diplomate, ad importunas Moschoviae preces impetrato usurpatam in hucusque retinet, et continuo praeiudiciis Sanctae Unionis inhiat, posset itaque sive vacante Sede Oratoris, sive stante possessione inexperti a principio successoris sua iniqua in praeiudicium Religionis Catholicae extendere molimina, nisi per tempestivam expetiti Coadiutoris institutionem opportune provideatur. Quod ex gratia etc. Quam Deus, etc. etc.

27 Januarii 1744.

²³ Ann. 1720-1762.

²⁴ Josephus Volčanskyj, Episcopus Mohiloviensis non unitus (1734-1745), dein Metropolita Moscoviensis. Ei successit Hieronymus Volčanskyj (1745-1754), qui obiit die 14 octobris 1754.

910.

1744.

Supplicat Clerus unitus ut sublevetur ex suo miserrimo statu.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 602.

Eminentissimi, et Rev.mi Domini Domini.

Genibus flexis, sub sigillo confessionis, ubi legitime a duobus Decanis, fratribus suis germanis, et ab universo Clero Ritus Graeci-Uniti in Regno Poloniae degente constitutus Procurator, ac per vulnera Christi petitus cum osculo Sacrae Purpurae Emin. Vestrarum, tacto pectore, puram veritatem devotissime exponit, quod d. Clerus amarissimo servitutis iugo ab utroque graviter afflictus, tam a suis Collatoribus, quam RR. Monachis Ordinis Divi Magni Basilii, nam Patres Basilitae, omnia Officia gerentes, super praefatum Clerum saepissime indebite ex illis solent cogere pecuniam, congregatisque divitiis suos consanguineos locupletare, aliquando pro minimo excessu et canonica monitione disciplinare, et beneficiis privare. Ideo praefati Monachi stricte negant, et disuadent Episcopis Ritus G. Uniti curare in S. Sede Apostolica praefato Clero libertatem, ac immunitatem ecclesiasticam, volentes continuo lucrari quaesito, uti solent, immoderate participare, quapropter d. Oratores alium non habentes modum de gravissima evadi servitute, nisi post Deum sanguine plorantes paternam per legitimum suum Procuratorem quaerere clementiam, quatenus dignentur Eminentiae Vestrae id summum misericordiae opus iuxta lachrimabiles preces perficere, et de afflictione servitutis vindicare; si autem adhuc ex Polonia non venit informatio, tunc iterum dignentur E.V. scribere pro informatione, nam ante quinque menses missum est pro informatione, et huic non venit, neque speratur venire, illam expeditionem, de qua humillime Oratores supplicant, dignentur E. Vestrae benigne ad manus sui Procuratoris benigne concedere, et assignare ex Cancellaria S. Officii ut sit extradita. Oratores, vero, suis cum successoribus, amplissima tempora pro E.V. superos placare non cessabunt.

Non accusando confitetur solum narrando aliquam praepeditionem a RR. Basilitis esse. Quam gratiam Deus, etc. etc.

911.

1744.

Querelae et instantiae Cleri uniti contra usurpationes et iniustitiam, quas experitur a Collatoribus ecclesiarum, etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 27.

Eminentissimi e R.dmi Domini

Sat amaro, ac insubportabili iugo servitutis praessi Curati Ritus Graeci-Uniti, in Regno Poloniae degentes, cum osculo Sacrae Purpurae ad pedes

provoluti, lachrymabilem suarum miseriarum exponunt statum, quod a Collatoribus, seu haeredibus illorum bonorum, in quibus curam animarum habent, non ut cultores Vineae Christi, sed ut mancipia tractentur, nam ipsimet Collatores illorumque asseclae non solum in viis publicis, ac in domis Oratorum crudelissime verberando, gladiis gravissima vulnera iisdem Oratoribus infligere audent, imo ecclesias supra immunitates earum invadendo, atrociter percutere, sanguinolare, ac sacra loca profanare, propriisque bonis ecclesiasticis spoliare impune praesumunt, praeterea ipsimet Oratores, praeter servitia et alia inexplicabilia gravamina, hoc obprimuntur onere, quod illis sub poenis vetitum est liquores potabiles proprii aeris impensa pro suae vitae sustentatione emere, nisi in Collatorum diversoriis, sive austeriis, (: cum aqua mixtos :), quas per annales contractus infideles Judaei tenent, quod, proh dolor! cum sit non sine magno scandalo, ac dedecore orthodoxae fidei, despectumque Ritus Graeci-Uniti, nam toties attigit infideles Judaeos invasisse domos oratorum, in illosque violentas iniecisse manus, dum non ex suis austeriis inveniunt liquores, quorum vero supra triginta millia Curatos Ritus Graeci uniti in Regno Poloniae inveniuntur, vixque non quilibet illorum tantas plurimas patiuntur afflictiones, dum olim Antecessores Oratorum in schysmate permanserant, habuerant aliquam protectionem Moscorum, nunc autem cum sint veri Uniti, et Catholici, ulla protectione carent, non nulli vero Oratores in Curiis Latinis Episcopalibus iure opponuntur; pauca pecunia minimam inveniunt Iustitiam, nam miserrima beneficia habent, licet eorundem Curatorum Episcopi pro suis Oviculis spiritualibus obstant, tamen pro quolibet Oratore impossibile opponi, nam nec proventus illorum sufficerent; in tanto vero supplicio existentes dicti Oratores, nullum alium habentes remedium, nisi plorando humique prostrati paternam quaerunt misericordiam, quatenus dignentur benigne protegere illos, ut eadem libertate, ac immunitate, qua gaudet Clerus Ritus Latini, frui possint; pro meliori autem informatione ad S. Nuntiaturam, vel ad Ill.mos Episcopos illorum dignentur Eminentiae Vestrae mittere, Oratores vero suis cum successoribus pro salute Eminentiarum Vestrarum incessanter Deum appromittunt orare.

Quam gratiam Deus, etc. etc...

912.

1744.

Querelae Cleri uniti de oppressione ex parte Patronorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 66.

Eminentissimi, et Rev.mi Domini.

Devoti Oratores, in Regno Poloniae degentes Curati Graeci Uniti Ritus, cum osculo Sacrae Purpurae Emin. Vestrarum humillime lacrimabilem suarum miseriarum exponunt statum, quod a suis Collaboribus, non ut Cultores

Vineae Christi, sed ut mancipia tractentur. Jam enim ante festa Pentecostarum delata est illorum afflictio in eademque causa Eminentissimis Vestris; ad Ill. m. Nuntium Regni Poloniae pro informatione miserunt, ante festa SS. Petri et Pauli, Apostolorum. Delator vero, seu legitimus illorum Procurator longum tempus expectans propriaque pecunia se sustentans, amplius caret quo vivere, nam pro hoc suo labore nec unicum quadrantem ac oppraessione dic. Curatorum. Ideo nomine totius Cleri humillime supplicat Eminentissimis Vestris, quatenus dignentur iterum mittere literas ad eundem Ill. m. Nuntium, ne in oblivionem redeantur missae literae pro informatione. Iidemque praefatique R.G.U. Curati suis cum successoribus pias ad Deum preces perpetuis temporibus effundere pro salute Eminent. Vestrarum non cessabunt.

Quam gratiam Deus, etc. etc...

913.

1744.

Tertia instantia Cleri uniti ut protegatur ab iniuriis quas experiri debet a Patronis in Regno Poloniae.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 244.

Eminentissimi, et Rev.mi Domini.

Sat amaro ac insubportabili iugo servitutis praessi Curati Ritus Graeci-Uniti, in Regno Poloniae degentes, cum osculo Sacrae Purpurae EE. Vestrarum lachrimabilem suarum miseriarum ternis iam vicibus exponunt statum quod a suis Collatoribus, seu haeredibus illorum bonorum, in quibus curam animarum habent, non ut cultores Vineae Christi, sed ut mancipia tractentur, nam ipsimet Collatores, eorumque asseclae, non solum in viis publicis, ac domibus Oratorum, sed et supra immunitates ecclesiasticas invadentes, crudelissime verberare, gravissima vulnera infligere, in ecclesiis sanguinolare, loca sacra prophanare, propriis bonis Oratores ecclesiasticis dotibus spoliare, dictos Oratores, deservientesque Ecclesiae instare ex debito facere sibi servitia audent, et praesumunt; praeter alia inexplicabilia gravamina, hoc opprimuntur onere, quod illis sub poenis vetitum est liquores proprii aeris impensa pro suae vitae sustentatione emere, nisi in Collatorum diversoriis, seu austeriis, quas per annales contractus infideles Iudaei tenent, quod, proh dolor, cum sit non sine magno scandalo, ac dedecore orthodoxae fidei, despectuque Ritus Graeci-Uniti, nam toties attigit infideles Iudaeos invasisse domus Oratorum in illosque crudeliter inician manus, ac loco vadii privant illos mobilibus, plurimisque aliis inexplicabilibus gravaminibus opprimuntur flagellis. Dum olim illorum Antecessores in errore permanebant schismatico, habuerant aliquam protectionem Moschoviticam, nunc vero nullam, cum sint veri Catholici, licet nonnulli Oratorum in Curiis latinis episcopalibus iure opponuntur, pauca pecunia minimam inveniunt iustitiam, nam miserima beneficia habent; saepe enim dictorum Oratorum Episcopi pro suis Oviculis spiritualibus in Consistoriis latinis obstant, sed pro quolibet impossibile opponi, quia nec pro-

ventus annales sufficiant. Ideo dicti Oratores graviter afflicti lachrimabiliter Patrocinantem Emin. Vestrarum quaerunt misericordiam, quatenus dignentur iterum mittere pro informatione, stricte iniungendo, ut sine mora ex Polonia detur informatio, nam ante quinque menses miserunt Eminent. Vestrae pro informatione, et hucusque non venit; ab iisdem Curatis legitime constitutus Procurator longum tempus expectans, nullam resolutionem habet, quapropter miserabiles Oratores centenis vicibus plorantes quaerunt clementiam Eminent. Vestrarum, quatenus patrocinante gratia dignentur protegere, et adiuvere illos, ut eadem libertate ac immunitate ecclesiastica, qua gaudet Clerus Ritus Latini, frui possint. Oratores vero suis cum successoribus pro salute E.V. incessanter placare Divinam Maiestatem appromittunt.

Quam gratiam Deus, etc. etc...

914.

1744.

Pro concessione facultatum Archiepiscopo Smolenscensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 249.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Antonius Tomillovicz Lebecki, Archiepiscopus Smolenscensis,²⁵ humillimus EE. VV. Orator, enixe supplicat, quatenus EE. VV. facultates Episcopis concedi solitas, et iam alias Oratori concessas eidem benigne impertiri seu prorogare ad aliud quinquennium dignentur. Quod ex gratia, etc. Quam Deus etc...

22 Iunii 1744.

915.

1744.

Pro admissione Basilii Bosichkovich ad Ordines sacros.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 251.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Basilio Bosichkovich,²⁶ Croato, Basiliano di Rito Ruteno, Alunno di Propaganda Fide, ed umilissimo Oratore dell'EE.VV., trovandosi all'ultimo anno del suo Corso Teologico, ed essendo per conseguenza imminente la sua partenza, però supplica umilmente l'innata bontà dell'EE. VV., acciò si degnino di concedergli la facultà di poter esser promosso agl'Ordini Sagri del Sottodiaconato, Diaconato, e Presbiterato. Che della grazia., etc. etc. ...

²⁵ Antonius Tomylovýč Lebeckyj, Archiep. Smolenscensis (1736-1745), antea Protoarchimandrita Basilianorum (1730-1736).

²⁶ Fuit postea Procurator Ordinis Basilianii in Urbe (1752-1757).

916.

1744.

De negotiis monasterii Niskinicensis et de bonis eidem a fundatoribus debitis, instat Superior monasterii.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 719, f. 256.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Hieronymus Oziemkiewicz, Basilianus Provinciae Russiae, Superior Monasterii Kysieloviani Niskinicen., devotissimus EE. VV. Orator, una cum sua communitate humiliter exponit, qualiter modo dictum Monasterium fundatum fuit a clara m. Adamo Kysiel, Palatino Kijovien.,²⁷ in Bonis suis, Villa Nizkie- nicze dictis, in Palatinatu Volhyniae, Districtu vero et Dioecesi Vlodimirien., pro Monachis Basilianis Ruthenis, in anno 1643, cuius Monasterii fundatio seu erectio coram variis Officiorum Actis per dictum Fundatorem, ad mentem Constitutionum Regni, personaliter recognita, roborata, et libris Actorum variis in Castris Regni inscripta extiterat, (f. 525v) ut ex annexis authenticis videre est; sed cum idem Monasterium suum ex mente Fundatoris annexum seu affiliatum sit Monasterio Kijovo Peczarien pro Matre assignato, quod actualiter in Schismate existit, ideo Orator volens evitare pro omni eventu Matris supra Filiam, nempe suum Monasterium, aliquam praetensionem, humiliter supplicat EE. VV. pro benigna approbatione Foundationis a dicto Fundatore praefato Monasterio suo facta et authentice oblata, sublata clausula affiliationis quousque Maternale Monasterium in Schismate persistet; quoad obligationes vero, ex mente eiusdem Fundatoris impositas, celebrandarum quolibet die (f. 528) duarum Missarum tenore Foundationis specificatarum, humiliter supplicat idem Orator, eosdem Monachos Basilianos nunc in dicto Monasterio existentes, et in posterum extituros, auctoritate Apostolica ad satisfaciendum rigorose constringere. Quod ex gratia. Quam Deus, etc.

3 Aug. 1744.

917.

1744.

Facultates solitae pro Eparchia Chelmensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 720, f. 7.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Felicianus Wolodkowicz, Episcopus Chelmensis, humillimus EE. VV. Orator, enixe supplicat, quatenus EE. VV. facultates Episcopis concedi so-

²⁷ Nobilis ucrainus notus circa annum 1650. Palatinus Kioviensis nominatus fuit an. 1649. Obiit anno 1653.

litas et alias antecessoribus Oratoris concessas etiam ipsimet Oratori benigne impertiri dignentur, Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc.

918.

1744.

De confirmatione cuiusdam privilegii Collegii Vilnensis, ut possit alumnos ad Ordines promovere, non observatis interstitiis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 720, f. 418.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Temendo il P. Regente dell'Alunnato Pontificio di Vilna, che l'Ordinario della Diocesi possa suscitare qualche difficoltà sopra il solito uso della facoltà, che godono l'alunni di detto Seminario Pontificio, di esser promossi alli Ordini Sagri extra tempora, et non servatis, interstitiis, supplica umilmente l'EE. VV. a volersi degnare di far spedire a favore di detti Alunni un Decreto di cotesta Congregazione, et quatenus opus sit, anche un Breve Pontificio. contenente detta facoltà, come lo godono gli Alunni del Collegio Pontificio di Brunsberga, e ciò per motivo, che nel noto incendio del medesimo Collegio di Vilna, seguito ne anni passati, si sono perduti i Documenti, che continevano detta facoltà. Che della grazia, etc. ...

919.

1744.

Dissidia monasterii Poczajoviensis et Confraternitatis Leopoliensis de privilegio et iure imprimendi libros.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 720, f. 525rv, 528.

Beatissime Pater.

Athanasius Czarkowski, Ordinis S. Basilii M. Procurator Generalis Provinciae Russiae,²⁸ Orator humilimus S. V., obsequiosissime exponit, qualiter Serenissimi Poloniae Reges Monasterio Poczaiovien. dicti Ordinis et Provinciae Privilegia concesserunt imprimendi, divulgandi, et vendendi libros quoscunque idiomate Rutheno, Polonico, vel Latino conscriptos, dummodo

²⁸ Athanasius Czarkovskyj, Procurator in Urbe (1744-1747).

non contineant aliquid contrarium Fidei Catholicae, moribus honestis, et iuribus Reipub. Poloniae. In vim horum Privilegiorum Monachi dicti monasterii extiterunt, et existunt in pacifica possessione dicti iuris imprimendi libros quoscunque, praesertim ad extirpandos errores ex libris antiquis Divini Officii et Missae ac Divinis, a schismaticis Kiovia defectu eorundem invecitis, ac introductis; pluresque libros purgatos imprimi fecerunt et divulgaverunt. Insurrexit Confraternitas laicalis Leopoliensis, contendens habere antiquiora Serenissimorum Regum Poloniae Privilegia, inde iudicium introduxit coram D. Nuntio S. Vestrae super mantentione suae tantum Typographiae. Qui dictae Confraternitatis instantiam reiecit, et per Decretum latum sub die 13 Maii 1737 mantentionem praefato Monasterio Poczaiovien. firmavit, *ut ex Decreto adnexo.*

Appellavit eadem Confraternitas ad Sacram Rotam et citationes ex hoc Tribunale duabus vicibus in anno 1738 et 1743 obtinuit, easdemque ad partes transmiserat, quibus Patres novae Provinciae Russiae nullum assensum praebuerunt ideo, quia ista Causa respicit S. Missiones, ut libri a schismate sint expurgati, et Tribunal proprium dictae Provinciae est (f. 685v) Sacra Congregatio de Propaganda Fide; hinc Orator humillime supplicat S. V., quatenus dignetur causam remittere ad dictam Sacram Congregationem, etiam ex motivo quod PP. Provinciae Russiae sunt pauperes, nec possunt suffere expensas quae occurrent in dicto Tribunale Sacrae Rotae, et exaudiri sperat ac confidit. Quod ex gratia, quam etc. etc.

Qui Rev. mus Dominus Auditor Generalis, supra memoratus, sedens etc. auditis etc. habuit terminum pro servato. Et ita etc.

Quem terminum pro servato habitum aperiendo praefatus Rev. mus D. Auditor Generalis et Iudex viso Privilegio SS. mi Regis gloriosae memoriae Augusti II, sub data 18 8bris 1732, favore conventus Poczaioviensis Ordinis D. Basilii M. benigne concesso, et signanter ibi: - Ut quicumque libri idiomate Rutheno, Polono, et Latino, modo non contineant contrarium Fidei Catholicae, moribus honestis, et iuribus Reipub. Poloniae in eodem conventu imprimantur et divulgentur per omnes Civitates, nullo dempto oppido, et villas Domini nostri dividantur. - Nec non visa confirmatione eiusdem privilegii a moderno S. mo Rege Augusto III, feliciter Regnante, eidem Conventui gratiose indulta sub data 24 Iulii 1736, inhibitionem ab hoc Tribunale Apostolico ex instantia Confraternitatis Stauropagianae contra conventum Poczaiovien., sub die 27 8bris 1732 decretam et relaxatam moderatus est, (f. 686) et pro iusdem effectu praedictum Conventum in iure ipsi attributo per praedicta bina privilegia S. morum Regum Augusti II et Augusti III mantenuit, quo vero ad punctum separatam contentum in Citationem exportata a praedicta Confraternitate Stauropigiana contra praedictum Conventum Poczaiovien., sub die 21 Martii 1737, - ibi: per conductos disunitos Impressores Typographiae in eadem libros imprimere etc. - mandavit, quoad hoc punctum tantum per suprafatam Confraternitatem doceri de allegatis ad primam iuris futuri mensis Junii, omni etc. etc...

Sequitur legalitas, etc. etc.

920.

1744.

Transmittitur a Procuratore quaedam instantiae Metropolitanæ Kioviensis, quae sub proximo invenitur numero.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 721, f. 31.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Athanasius Czarkowski, Ord. S. Basilii Magni, Procurator generalis Russiae, obsequiosissime exponit EE. Vestris, qualiter SS.mus Dominus Noster instantiam Domini Metropolitanæ Russiae pro bono pacis expositam talem, *qualis in annexo datur*, dignatus est remittere ad Dominum Nuncium, sub his praecisis verbis: - Ex Audientia die 24 Iulij 1744: SS.mus remisit Oratoris preces arbitrio Nuncii Apostolici, cum omnibus facultatibus ad huiusmodi affectum necessariis et opportunis; post haec appositum est sigillum. - Inde Orator nomine Domini Metropolitanæ ac totius Cleri Rutheni humillime supplicat EE. VV., pro interponendo ad huiusmodi effectum etiam zelo S. Congregationis per literas ad Dominum Nuncium, ut hoc negotium ad desideratum exitum conducere, et bonum pacis inter utrumque Clerum constabilire non omittat. Quod ex gratia, et. Quam Deus, etc. etc. ...

921.

1744.

Instantia Metropolitanæ Kioviensis de concedenda facultate Clero unito, ut possit ad instar Cleri latini collaribus uti.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1744, vol. 721, f. 262.

Beatissime Pater.

Athanasius Szeptycki, Metropolita totius Russiae,²⁹ humillimus S. V. Orator, ea ex officio amovere curans, quae Cleri sui quietem, et per consequens bonum Catholicae Ecclesiae perturbare possunt, in iis, quae protectionem auxiliumque S. Apostolicae Sedis exposcunt, ad S. Vestram recurrendum sibi esse existimat, non inani spe fretus fore, ut pro eo, quo S. Vestra Ruthenam Ecclesiam, et nationem complectitur amore, eandem ab oppressione et molestia liberet.

Vestiunt in Dioecesibus Russiae et Lithuaniae collaria non tantum Sacerdotes latini, sed armeni quoque, qui accolae et advenae censendi sunt, imo ii ex hebraeis, qui medicinae artem exercent, vestierunt ab antiquo, et modo pariter ea vestiunt Clerici et Presbyteri Ritus nostri Rutheni; cum autem propter hoc nec Armenis, nec etiam huiusmodi Hebraeis ulla inferatur molestia, adsunt nonnulli ex clero latino, qui usum collarium Clericis

²⁹ Ann. 1729-1746. Obiit 11.XII.1746.

et Sacerdotibus Ruthenis denegare conantur. (f. 694v) Movit alias hac super re quaestionem inutilem Archiepiscopus latinus Leopoliens.,³⁰ sed res in ipso limine composita est. Scandalum autem maximum nuperrime passi sunt nostri, immo etiam Schismatici et Haeretici Vilnae in Lithuania; cum enim D. Radziejwicz, Canonicus Vilnen., in Presbyterum Ruthenorum in libera via incurrerit, gestantem huiusmodi collare, iurgiis eum convitiatus est, dein ipsemet per collum arripiens, cum per se spoliare non posset, id servos suos iussit perficere, miserumque tanquam ... ad Tribunal Ritus Latini conducere; Episcopo Vilnensi facinus displicuisse auditur; sed nullum adhuc videtur satisfactionis remedium appositum. Reponunt latini Sacerdotes, Presbyteros nostros uxores habere, et ideo non convenire illis usum collarium, quae ratio nullitatis est; quia Presbyteri graeci in Sicilia et Calabria uxorati sunt, nec propterea molestantur pro gestatione collarium; an tollerabilior crit usus collarium Iudaeorum Medicorum in Russia, quam nostrorum Clericorum et Sacerdotum in propria (f. 695) Patria? Accidit ad hoc, Beatissime Pater, facilius dignosci inter nostrum Clerum, ex gestatione collarium huiusmodi, unitum S. Matri Ecclesiae, a disunitis, inter quos plerisque in locis vivitur, et a quibus fere undique noster Clerus Catholicus circumdatur. Supplicat itaque S. V. humillimus Orator, ut huiusmodi scandala, et perturbationes tollantur e medio Catholicorum per benignam S. V. vel S. Congregationis de Propaganda Fide declarationem, competere usum collarium utrique Clero. Quod ex gratia. Quam Deus, etc. etc. ...

922.

1744.

Instantia Episcoporum unitorum ut possint secundum Brevia Pontificia bonis ecclesiasticis libere uti; petitur nova dispositionum Benedicti XIII confirmatio et declaratio.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 685-686.

Beatissime Pater.

Jason Smogorzewski, Ord. S. Basilii M., Episcoporum Ruthenorum in hac Alma Urbe Plenipotentarius,³¹ vigore specialis Mandati ab iisdem omnibus Episcopis Mense Februarii proximi passati dati, obsequentissime S. V. exponit, qualiter S. M. Innocentius XIII, Praedecessor S. V., ut praecipuum, quo conversio Schismaticorum retardatur, impedimentum tolleret, per suas Apostolicas Literas, in forma Brevis, sub die 10 Febr. anni 1724 expeditas,³² declarare dignatus fuit: — Ut omnibus Ruthenis laicis, et ecclesiasticis, qui schismate eiusque erroribus abiuratis ad eiusdem S. Romanae, et Universae

³⁰ Nicolaus Wyżycki, Archiep. latinus Leopoliensis (1734-1757).

³¹ Ut videtur duabus vicibus procuratorem egit in Urbe: an. 1744-1745, et an. 1752-1757. Dein Archiepiscopus Polocensis (1762-1780), et demum Metropolita Kioviensis (1780-1788).

³² Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, nr. 659, pag. 45.

lis Ecclesiae unitatem sincero corde revertantur, dummodo tamen relapsi non fuerint, bona, res, iura, et actiones tam activae quam passivae, quae ad eos etiam ante tempus, ac tempore eorum lapsus in schisma, et errores huiusmodi quomodolibet legitime spectabant, seu spectare, eisque competere poterant, integre reserventur, ac reservata, et servata intelligantur, ita quod post suam reversionem ad eiusdem Ecclesiae communionem illa retinere, illisque frui, et potiri libere et licite possint, nullusque eos desuper ex causa schismatis molestare, vel perturbare iisque damnum, vel minimum praeiudicium adferre audeat; — ut latius in exhibito originali, *sub littera A.* patet.

Quia vero praedicta S. Sedis Apostolicae declaratio respiciebat potius futuros quam modernos Unitos, et comprahendere tantummodo videbatur praedictam retentionem bonorum, non autem illorum recuperationem, quae maxime, et praecipue desideratur, hinc S. M. Benedictus XIII, exquisito consilio S. Congregationis de Propaganda Fide, *sub Litt. B. in annexis*, videndo quo fortius Schismaticos ad veram fidem alliceret, gratiam futuris Unitis alias elargitam adauxit, eamque etiam ad modernos Unitos, tum quoque ad recuperationem bonorum, quae ad eos eorumque Ecclesias tam ante schisma, quam eo perdurante legitime pertinebant, suo motu proprio, sub (f. 709v) die 12 Aug. anni 1724 benigniter extendidit,³³ verbis iis: — Ut Uniti cum eadem S. Romana Ecclesia sive Laici sive Ecclesiastici, Regulares, vel Saeculares cuiusvis status, gradus, et ordinis, etiam episcopalis, vel conditionis fuerint, omnia bona, quae ad eos tam ante schisma, quam eo perdurante alias legitime pertinebant, ac quibus etiam violenter spoliati fuerunt, recuperare, et possidere, illisque frui, uti, et gaudere libere et licite possint, quin in futurum ex causa praedicti schismatis, vel quovis sub pretextu alicui liceat bonorum eiusmodi recuperationem, illorumque pacificam possessionem, et usum ipsis unitis quoque modo impedire, minusque eadem bona in illorum praeiudicium retinere, autoritate Apostolica tenore praesentium misericorditer in Domino concedimus, et indulgemus, — ut liquet ex annexo originali Brevi, relato *sub litt. C.*

Quamvis itaque modernis Unitis circa praemissorum executionem nil amplius metuendum videretur, cum tamen huiusmodi Pontificiae etiam irritans Decretum contentes gratiae in Tribunalibus ecclesiasticis, et praecipue Romanae Curiae ac in Tribunali S. Rotae (: non tamen in laicis Regni Poloniae :) ita interpretatae fuerint, ut respiciant tantummodo futuros, non autem modernos Unitos, et extendi nequeant ad recuperationem bonorum utcunque avulsorum. sed solum vi ereptorum, et in quorum possessione ipsimet moderni Uniti actuales extiterint, ita ut nulla eis actio competere possit pro recuperatione bonorum, quibus olim stante schismate Rutheni fruebantur, et iis spoliati fuerent, quaeque ad praesens possident Latini, ideo de iis omnibus certior factus praeiudicatus S. M. Benedictus XIII, sub die 7 Febr. 1728 expresse declaravit, se motu proprio diei

³³ Cfr. ibidem, nr. 661, pag. 50.

12 Augusti anni 1724 disposuisse: - Favore Graecorum Unitorum tam pro recuperatione bonorum possessorum ab ipsis modernis Unitis, quam aliorum bonorum, quae olim et aliquando fuerunt possessa ab Ecclesia, et Ecclesiasticis Ruthenis, - et modum expediendi huiusmodi declarationem commisit Sacrae Congregationi Particulari, ut documentum *sub litt. D. uberiorius* dicet.

(f. 710) Cum autem facta demum mutatione rerum, Domini, et Ministrorum Romanae Curiae, ac tanto temporis decursu intercedente, non constet Ruthenis quidnam Sac. Congregatio Particularis decreverit; Et cum e converso ex praecitata Tribunalium Urbis, et praesertim Sac. Rotae arbitraria et damnosa restrictione, ubique divulgata, non tantum Ruthenis maiora indices eveniant praeiudicia, ac gravissima damna, sed etiam Schismaticorum corda timore tanti rigoris Tribunalium Romanorum semper magis magisque obdurentur, ipsorumque audacia, ut ex adiuncta protestatione, *sub litt. E.* relata, colligere licebit, mirum in modum augeatur, hinc est quod omnes Rutheni Episcopi cum suo Clero regulari, et seculari S. V. humillime supplicant, quatenus memoratum sa. me. Benedicti XIII motum proprium in praemissis clarius, ac validius explicare dignetur, aut in Sac. Congregatione de Propaganda Fide super iisdem declarari iubeat, cum omnibus facultatibus ad effectum praedictum necessariis, et opportunis, ne alias gratia Apostolica sinistris interpretationibus, nocivisque restrictionibus obnoxia, et iam fere destructa, Unitos, contra intentionem S. Sedis, omni effectu destituat, et Schismaticos, qui durante schismate, fulti legibus Regni tum quoque maximo Aulae Peterburgensis patrocinio, bona quotidie etiam ab Ecclesiasticis recuperant, in duricie cordis magis magisque confirmet. Quam gratiam, etc. etc. ...

923.

1744.

De commendatione monasteriorum et ecclesiarum unitarum, ne a Commissione quadam Senatoriali non Unitis tradantur, ad eorum instantias.

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc., Polonia e Ruteni*, vol. 6, f. 693.

Beatissime Pater.

Episcopi Ritus Graeci cum S. R. E. uniti humiliter Sanctitati Vestrae exponunt, alias iam, et saepius zelosa, qua debuerant sollicitudine, se opposuisse Schismaticorum conatibus quam plura Monasteria ab Ordine Monastico, seu verius Provincia Lithuana Ordinis S. Basilii Magni, detrahere molientium, eo sub specioso praetextu, quod Monachi huiusmodi Provinciae talia Monasteria Schismaticis ademerint, contra tenorem Tractatum initorum inter Petrum I, Moschorum Ducem, et Augustum II, gl. me. Poloniae Regem,³⁴ et quibus statutum fuit, ne liceret Unitis Monasteria, et Ec-

³⁴ Augustus II Saxo, Rex Poloniae (1697-1704, 1709-1733).

clesias, quae Schismatici possidebant, acquirere. Huius generis Tractatus rei catholicae quam maxime iniurosus certum est probari a S. Sede Apostolica non potuisse. Obfirmabant siquidem Schismaticos in suis erroribus, magisque pernicaces reddebant. Episcopi itaque ex debito sui Officii curarunt opera PP. Basilianorum Provinciae Lithuaniae, eorum praecipue, qui Romae in Collegio (f. 717v) de Propaganda Fide Apostolatum didicerant, Schismaticorum conversionem, et sic nonnulla Monasteria, et Ecclesiae in Catholicorum manus devenerunt. Pluries Schismatici ea revendicare tentarunt, sed inani conatu, resistentibus Episcopis, et Monachis praedictae Provinciae eo solo fine, ne tot fideles animae e gremio Ecclesiae Catholicae divellentur. Accessit etiam Apostolica Romanorum Pontificum sollicitudo, inter quos Sanctitas Vestra anno 1744 efficacissima Brevia dedit ad Serenissimum Regem, ad Primatem Regni, ad clar. me. Cardinalem Lipski.³⁵ Nunc vero audaciores effecti Schismatici, vicinae Moschorum inixi potentiae, adeo suas promoverunt instantias pro restitutione talium Monasteriorum, et Ecclesiarum, adjuvante eos Moscho Legato apud Rempublicam, ut Serenissimus Rex iuridice Causam agi decreverit, nominatis ad id Commissariis qui diem Partibus indixere, assignato termino expediendae Commissionis pro die 6 proximi Novembris.

Certum est, Beatissime Pater, hac in re non Episcoporum, non Monachorum (f. 718) causam agi, sed fidei catholicae, Sanctaeque Sedis Apostolicae. Si enim vigore supradictorum Tractatum cedere debeant Schismaticis praetensa Monasteria, et Ecclesiae, ea divellentur profecto a Provincia Lithuana, quae post centum quadraginta annorum Apostolatum, quem gessit, post tot, tantosque labores quas tulit, post immensos cruciatus, et Martyrum suorum sanguinem, momento dissolvetur; sed quod magis est, separabuntur a fide catholica, et ab Ecclesia Romana. Audaciores etiam redditus Disuniti, eas fortasse sibi restitui instabunt Dioceses, Luceoriensem scilicet, Leopoliensem, et Praemisliensem, quas eis cessit anno 1643 Vladislaus IV, et hoc pacto renovabuntur infelicissima illa tempora, quibus Schismatici Poloniam alluvione quadam invaserant.

Supplicant igitur Oratores Sanctitati Vestrae, ut non solum opera Nuncii sui apud Rempublicam, sed etiam datis ad Serenissimum Regem, ad Archiepiscopum Gnesnensem, ad Regni Procures, ipsosque Delegatos Commissarios Brevibus, eos adhortari dignetur, ut negocium Fidei Sanctae, rem Sedis Apostolicae tueantur.³⁶

Commissarii autem a Serenissimo Rege nominati sunt sequentes: Antonius Sebastianus Dembowski, Episcopus Plocensis, Venceslaus Sierakouski, Episcopus Premisliensis, Josephus Sapiiecha, Episcopus Diocaesariensis, Coadiutor cum successione Vlnensis, Stanislaus Nosilowski, Castellanus Smolen-

³⁵ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, nr. 706-709, pag. 102-106, sub dat. 19. IX. 1744.

³⁶ Non habentur Brevia sub anno 1745, saltem ubi expresse commendantur res Unitorum

scensis, Augustus Czartoriscius, Princeps, et Palatinus Generalis Terrarum Russiae, Joseph Nakivaski, Castellanus Rauscensis, Carolus Godoski, Subcamerarius Rozanensis, Michael Suski, Praefectus Cancellariae Regni. Quare, etc. etc...

924.

1745.

Licentia vendendi quaedam bona in Ecclesia Metropolitana Kioviensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1745, vol. 723, f. 214.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Athanasius Szeptycki, Metropolitanus totius Russiae, obsequiosissimus EE. Vestrarum Orator humillime exponit EE. VV. qualiter duo fragmenta dicta Rosocki, et Zurzewicze ex Bonis ad Mensam Metropolitanam spectantibus, sita in extremitate Palatinatus Kijovien., ac remotissima ab alijs Bonis ad dictam mensam pertinentibus, importantia tantum ambo duo pro annuo fructu scuta Romana 36, praeterea cincta, et constricta undique possessionibus multorum Nobilium in ijsdem Pagis suas Portiones seu Feudo habentium, cum quibus continua litigia ratione limitum ita insurgunt, ut ad eos liquide constabiliendos vix sufficerent 600 scuta, idcirco Orator humillime supplicat EE. VV. pro facultate vendendi praefatas Particulas Bonorum supradictorum, summe incommodas, et semper litigiosas; et summam pro illis habendam omni opportunitiori modo in melius aplicandi. Quod ex gratia quam Deus etc. etc. ...

5 Iulij 1745.

925.

1745.

Licentia dispensandi ab impedimento bigamiae pro eparchia Volodimiriensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1745, vol. 725, f. 29.

Beatissime Pater.

Theophilus Godebski, Episcopus Vladimiriensis,³⁷ devotissimus S. V. Orator, humillime supplicat S. E. pro benigne concedenda sibi facultate dispensandi cum 20 Bigamis in suis Dioecesibus Vladimiriensi et Brestensi, cum tales casus saepe contingant; ex quo messis est multa, operarij autem pauci. Quod ex gratia, quam Deus etc. etc. ...

20 7bris 1745.

³⁷ An. 1730-1756. Cfr. de eo *Index nominum et rerum*.

926.

1745.

*Absolutio ab irregularitate ob praesumpta causa mortis cuiusdam feminae.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1745, vol. 726, f. 12.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Alexius Kornaszewicz, devotissimus EE. VV. Orator, Parochus Jezerzan. Ritus Rutheni, Dioecesis Camencen., humiliter exponit, se a Curia Domini Metropolitanæ Russiae declaratum fuisse ab aliquot mensibus irregularem, adeoque a suo ministerio suspensum, ob sequentem Causam. Cum Orator in Vetulam quandam perviam offendens, ex eadem humaniter inquisiverit, cur Gener ipsius paschalem confessionem non absolverit, cui quum vetula arroganter, et dure responderit, idem Orator impatientia ductus, eam baculo, quem gestabat, ad correctionem percussit, ac postea iuxta morem Provinciae carceri mancipavit, qui prope Ecclesiam correctionis causa extractus reperitur; ex quo post breve tempus praefata vetula dimissa, praecedenteque longa infirmitate, in spatio sex mensium circiter, mortem obiit. Stante igitur sola praesumptione causationis mortis ex superius expositis, Orator a Curia Metropolitana irregularis declaratus, et alijs poenis mulctatus est, quas iam plene absolvit; Itaque et de praedictis dolens, et cum familia ad extremam reductus paupertatem, humiliter supplicat EE. VV. pro obtinenda absolute, ac respectiva a suspensione dispensatione praesumptaque irregularitate. Quod ex gratia, quam Deus etc. etc. ...

15 Novembris 1745.

927.

1745.

*Facultas absolvendi a suspensione ob Ordines receptos apud Schismaticos.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1745, vol. 726, f. 14.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Michael Kostrowicz, Dioecesis Halicen. Ritus Rutheni, humillimus EE. VV. Orator, quo par est obsequio exponit, se, quum ante annum in Valachiam profectus fuerit animo invisendi Patrum ibi degentem, ejusdem consilio passum esse ordinari Presbyterum ab Episcopo Schismatico illarum partium, pravum finem aliquem non advertens in Patruo; sic ordinatus, quum paulo post in Patriam rediderit, a Domino Metropolitanæ Russiae, loci Ordinario suspensus a Presbyteratus ministerio declaratus est, vi Canonum, et Constitutionis Synodi Zamoscianaë, quae decernit ordinatos ab exoticis Episcopis esse suspensos. Humillime itaque supplicat EE. VV. quatenus dignentur eidem Domino Metropolitanæ facultatem concedere absolvendi Oratorem a praefata suspensione, praevio ordinandorum examine,

professione fidei, et si quid aliud placuerit S. huic Congregationi. Hoc autem se impetraturum sperat, ea praesertim de Causa, quod praefatam ignoraverit Constitutionem, bona fide se ordinare passus sit, et cum primum aliquid pravi in Patruī animo potuit advertere, ab eodem discessit, in patriamque reversus se suo Ordinario praesentaverit. Quod ex gratia, quam Deus etc. etc. ...

15 Novembris 1745.

928.

1745.

De aequali exdivisione alumnatum pontificiorum inter duas Provincias Ordinis Basiliani.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali* a. 1745, vol. 726, f. 77.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Il procuratore Generale de Monaci Basiliani Rutheni³⁸ umilissimamente espone, come essendosi degnata la Santità di Nostro Signore di determinare nella sua gloriosissima, e sapentissima decretale,³⁹ che li due alunnati già stabiliti da questa S. Congregazione per suddetti Monaci Rutheni nel Collegio Urbano, si dividano per uguale porzione tra le due Provincie di Lituania, e di Russia, come apparisce dalla suddetta Decretale: « *Quo vero ad alumnatus cum duo ex ipsis constituti sint in Collegio Urbano de Propaganda Fide etc. statuimus, quod hujusmodi Alumnatus ad utramque Provinciam deinceps spectare censeantur, atque inter earundem alumnos aequaliter dividentur* ». E dall'altro canto trovandosi già nel suddetto Collegio uno Monaco della Provincia Lituana, il Padre Generale ha mandato in Roma con sua obbedienza il P. Atanasio Szeptycky,⁴⁰ Monaco Professo della Provincia di Russia, nepote di Mongr. Metropolitan, acciò che, colla permissione dell'EE. VV. faccia nel Collegio il corso della Teologia. Supplica pertanto l'Oratore la somma benignità del'EE. VV. di ammetterlo nel suddetto Collegio; anche su motivo, che la Provincia di Russia dopo lascia totale rassegna etc. agl'ordini Pontificij, possa godere delle grazie di Sua Santità, e di questa S. Congregazione. Che etc. etc. ...

15 Novembris 1745.

³⁸ Athanasius Czarkovskyj (1744-1747).

³⁹ « *Inter plures* », de dat. 11.V.1744. Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 88-100, nr. 704.

⁴⁰ Athanasius Szeptyckyj, dein Episcopus Peremyssiensis (1762-1779).

929.

1745.

De non admittendo ad dignitatem archimandritalem cuiusdam Religiosi ambientis, ob impedimentum canonicum et ob praeiudicium aliis bene meritis.

APF, *Scrilt. rif. nei Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, a. 1745-1753, vol. 7, f. lrv, 3v.

Eminentissimi et R.mi Domini.

Procurator generalis Basilianorum Ruthenorum humillimus EE. VV. Orator, attento quod cunctis in Ordine suo negotiis EE. VV. salubriter providere consueverint, idem benigne praestandum expetit in sequenti.

P. Innocentius Lipnicki⁴¹ contra Statuta et jura Ordinis, tum contra Breve Benedicti XIII, (: cujus copia annectitur :), quia non habito Ordinis consensu, solo autem R.mi Metropolitanum (: ad cujus latus auditorem egit :) favore adstipulatus, procuravit nominationem sui a Principe Lubomirski pro Archimandria seu Abbatia Dorobusensi; supplicat proinde Orator ut EE. VV. obviando tunc et similibus inconvenientiis, monitum et hortatum reddere velint R.mum Metropolitanum, ne procedat ad benedictionem pro dicta Abbatia ambientis contra omnem acquitatem Patris Innocentii, sed potius inclinet ad eum benedicendum, qui post exantlatos a quadraginta annis in Religione labores, (:qualis est P. Policarpus Mihunievic⁴²:) unanimi totius Ordinis voto pro laudata Abbatia proponitur et promovetur.

Ultra enim Statuta Ordinis et citatum Breve contra ambientes emanatum, rationi et justitiae consonum est, ut pleni dierum et meritorum Patres praeferantur in ordine ad fruitionem beneficii quod est panis bene merentium, Juniores autem oportet ut discant promereri, et exemplo ad recte operandum stimulat agnoscant etiam eorum meritis quoties ea habuerint justitiam faciendam. Alioquin in casu contrario nihil boni sperandum erit in Ordine et ritu nostro. Nulla enim erit cura missionum, modica disciplinae Regularis observandae sollicitudo. solum remanebit studium captandae R.mi Metropolitanum gratiae, quia in dicto casu haec sola esset pro merito adaequato ad praemia capessenda.

(f. 1v) Accedit quod R.mus Meropolitanus circa suum ascensum in Metropoliam, in manibus Excellentissimi D.ni Nuntii Apostolici emisso juramento, se obstrinxit non violandi jura Ordinis Basiliani, proinde aequum est ut et in praesenti casu illis non deroget, ne magis serpat et in alios diffundatur privatus ambitus cum evidenti offensa justitiae et boni ordinis irreparabili discrimine.

⁴¹ Revera hanc Archimandriam non obtinuit ob oppositionem Ordinis.

⁴² Instantia est ex anno 1741, quando P. Policarpus Myhunenvyč nondum erat Protoarchimandrita Ordinis Basiliani (1743-1747)

Alia pro nunc omittendo motiva, solum humillimas innovat preces nomine totius Ordinis orator pro expetita gratia.

Quam Deus etc. etc. etc. ...

Sacrae Eminentissimorum et R. morum Cardinalium

Congregationi de Propaganda Fide (f. 3v)

Pro Procuratore Generali Basilianorum Ruthenorum.

Si è scritto a Monsignor Nunzio in Polonia li 12 Agosto 1741.⁴³

930.

1746.

De determinatione numeri Vocalium inter Provincias Ordinis Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 49-50.

B.mo Padre.

Atanasio Ciarkovski, Procuratore Generale dell'Ordine Ruteno di S. Basilio Magno, prostrato à Piedi della Santità Vostra con il più umile riverente ossequio l'espone, che Monsignor Metropolitano di Russia inerendo al Paterno zelo, e comando della Santità Vostra rappresentatoli dall'Oratore per la sollecita proposizione delle controversie lasciate in sospeso nella gloriosissima sua Decretale,⁴⁴ hà già tramesso le Giustificazioni opportune per l'ultimazione della pendenza toccante il punto sovra gl'Abbatì.

Esponde altresì l'Oratore umilmente alla S.V., che avendo nella detta degnissima Sua Decretale, §: *Quia vero*, ordinato doversi fissare il numero de' vocali eguale in ambedue le Provincie di Russia, e Lituania, delegando à quest'effetto Monsignor Lascharis, e non potendo egli intervenire à questo atto per l'incomodo del viaggio, suddelegò il P. Generale del medesimo Ordine, che nel principio di Febraro prossimo passato convocò li Consultori, e Secretarij d'ambedue le Provincie, e si tennero Consultazioni Generali per stabilire l'uguaglianza de' Vocali, dalli quali non è risultata veruna risoluzione, attesa l'insistenza de' Padri Lituani, che opponevano doversi per loro (f. 49v) parte ascrivere i vocali de' Monasteri controversi.

Pertanto l'Oratore, che dal Paterno zelo della Santità Vostra nelle prossime Udienze per più volte è stato incaricato, acciò solleciti l'ultimazione di quest'affare, umilmente supplica la S. Vostra d'ingiungere all'E.mo Cardinale Caraffa, Ponente, di trasmettere istruzioni à nome della Santità Vostra à Monsignor Nunzio, che fissi l'egual numero de' Vocali dell'una, e l'altra Provincia, lasciando in sospeso quelli de' Monasteri controversi sino alla decisione conforme anche è il parere del P. Generale, che risulta dagli Atti

⁴³ Ut videtur, instantia iterum retractata fuit vel ob errorem aub anno 1745 collocata in Archivio.

⁴⁴ « *Inter plures* »; cfr. supra nota 39.

delle dette Consultazioni, e sessioni tenutesi à quest'effetto, umiliati annessi alla Santità Vostra.

O che ambedue le Provincie giustifichino ciascheduna le sue ragioni sù li pretesi Monasteri per deciderne la pendenza, prima di stabilire i Vocali.

O pure, come sembrerà più proprio, ed espediente alla Santità Vostra pe ristabilire la pace, e quiete frà le sudette due Provincie.

Che etc. etc. ...

Alla Santità di Nostro Signore Papa Benedetto XIV (f. 50).

Per Atanasio Ciarkoschi, Procuratore Generale dell'Ordine Ruteno di S. Basilio Magno.

Al Signor Cardinale Caraffa che consideri il tutto, e ne parli.

931.

1746.

De determinatione numeri Vocalium Basilianorum et de exdivisione monasteriorum inter duas Provincias.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc., Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 51-56.

Il P. Atanasio Ciarkoschi Procuratore Generale de' Basiliiani Ruteni, con suo memoriale presentato alla Santità Vostra, espose, che Monsignor Lascaris Vescovo di Zenopoli incaricato dalla Decretale di Vostra Santità di stabilire con il P. Generale, Consultori, e Provinciali delle due Provincie de' Basiliiani Ruteni Lituana, e Polonica un numero determinato di Vocali nell'una, e l'altra Provincia da assistere alli Capitoli Generali, non essendo potuto intervenire a Torocania, ove si adunarono i Convocati, delegò la sua commissione al P. Generale, il quale radunati nel principio di Febraro scorso li Consultori, e Segretarij sudetti, e tenute delle consulte, non essere da queste risultata alcuna risoluzione, attesa l'istanza de' PP. Lituani, che opponevano doversi per loro parte ascrivere i Vocali de' Monasterj controversi. Pertanto ha fatto istanza, che dalla Santità Vostra s'ingiungesse al Signor Cardinal Caraffa di trasmettere a nome di V. B. istruzione a Monsignor Nunzio in Polonia, acciò fissi il numero de' Vocali nell'una, e l'altra Provincia, lasciando in sospenso quelli de' Monasterj controversi fino alla Decisione, conforme asserisce (f. 51v) essere il parere anche del P. Generale, oppure, che ambedue le Provincie giustificano ciascheduna le sue ragioni sulli pretesi Monasterj per deciderne la pertinenza prima di stabilire i Vocali; o fare ciò che sembrerà più proprio alla Santità Vostra per la pace delle due Provincie.

Sentitosi da Vostra Santità su questa istanza il Signor Cardinale Caraffa, dice esso, che nella Decretale si ordina alle Parti di dedurre le loro ragioni, e produrre le fondazioni de' controversi monasteri avanti il Nuntio di Polonia, per poi prendersi dalla di lui Relazione una opportuna risoluzione. Che si sà essersi sopra di ciò fatto fin'ora atto alcuno a potersi credere obbligati a cedere qualcheduno de' controversi Monasterj per mancanza de' titoli sufficienti

a giustificare la loro ritenzione, non si cureranno mai di vedere terminata questa controversia, se non stimolati dall'Autorità della S. V., onde stimando molto ragionevole l'istanza del P. Atanasio, suggerisce, che dipendendo la fissazione de' Vocali dalla decisione della controversia de' Monasteri sarebbe espediente decidere questo punto prima di fissare il numero de' Vocali, e perciò insinua, che si potrebbe per (f. 52) Segretaria di Stato incaricare il Nunzio di Polonia di prefiggere il termine di doi mesi al Provinciale, e Consultori delle rispettive Provincie a dedurre, e produrre avanti di lui le fondazioni con tutte le ragioni, e documenti, che credono di poter avere sopra li sudetti Monasterj, e ciò sotto pene della privazione della voce attiva, e passiva; e con dichiarazione, che in contumacia di alcuna delle riferite Provincie, V. Santità procederà alla decisione sopra la pertinenza de' controversi Monasterj.

In questo spazio da Monsignor Lascaris è stata trasmessa alla Congregazione di Propaganda la relazione ad esso fatta dal P. Generale, Delegato per questa Commissione dal medesimo Monsignor Lascaris, il quale dopo di aver esposte le Cause, per le quali non potè egli intervenire alle Consulte, dice, che non riuscì al P. Generale di concludere l'affare, perchè avendo i PP. di Lituania notati nella schedola de' Vocali alcuni Monasterj controversi, i PP. della Provincia di Polonia domandarono nella Sessione 5^a la dilazione della prefissione de' Vocali dell'un e l'altra Provincia sino alla decisione de' Monasterj suddetti; e che il P. Generale non sottoscrivesse, come Delegato la schedola esibita dai PP. della (f. 52v) Provincia di Lituania; ma vedendo essi di nulla profittare per questa ragione fecero nella Sessione 6^a l'altra opposizione di non essere per anche in tutto eseguita da Monsignor Metropolitanano la Commissione appoggiatagli dalla Decretale, di unire i piccoli Monasterj, e crearne dei capaci da mantenere otto, o dieci monaci almeno.

Nel suddetto Sinodo, tit. II, pag. 61, si stabilì, ut praeter Cathéchismum ad instructionem Populi, alter edatur cura, et studio ipsius Metropolitanani ad erudiendos Parochos lingua vernacula. Leone Kiska compose il Catechismo, lo stampò con una prefazione, in cui dice, questi essere il libro ordinato dal Sinodo, e lo distribui a i Parochi per il prezzo di un scudo per esemplare. In questo egli dice, che li Vescovi possono ricevere denari nel conferire gl'Ordini Sagri, e ne adduce in esempio la stessa Città di Roma. I Parochi sanno, che questo libro fu stampato per ordine del Sinodo, e che il Sinodo fu confermato dalla S. Sede; sicchè credono, che quanto in esso si contiene, sia stato approvato e dal Sinodo, e dal Romano Pontefice. Aggiungasi, che essi non solo sono obbligati (f. 200) a tenere un tal libro, ma a ben studiarlo, dovendo sopra di esso essere esaminati quattro volte l'anno, secondo le determinazioni del Sinodo, loc. cit.: «*Ne vero labor hic, ac studium inutile sit, sciant Venerabiles Parochi, se quater singulis annis, a*

⁵⁸ Agitur de anno 1730, tempore nominationis Feliciani Philippi Wolodkovycz (1730-1758).

viris quos Ordinarij deputaverint, examinandos esse super illius lectione, et profectu, graviterque puniendos, si negligentes depraehensi fuerint ».

XIV. I Vescovi medesimi, oltre alle rendite che detraggono dalle Ville, ed altri Beni appartenenti alle loro Mense, ricevono da ogni Paroco ogni anno dove uno scudo, dove un zechino, e dove meno. Questo denaro nella Diocesi di Leopoli si esige dopo la Pasqua, nell'atto, che i Parochi ricevono dal Vescovo gl'Olij Santi, ed il Crisma.

Lo stesso praticavasi trà Maroniti, e perciò essendo stato un tale abuso proibito dal Sinodo Libanese, perchè il Patriarca rappresentò non poter altronde dedurre l'onesto suo mantenimento, fu dalla Congregazione di Propagnada stabilita una tassa da pagarsi da Parochi, fuori però della congiuntura di prendere gl'Olj Santi.

Nelle altre Diocesi si dice, che il sudetto denaro si prende in altro tempo; ma ciò non ostante, converrebbe verificare, se ciò sia vero.

XV. La contribuzione de' Parochi si chiama cattedratico. Il Vescovo se l'appropria intieramente, e nulla pensa ad erigere il Seminario. Uno solo de' Vescovi di Premisla, che fu poi Metropolitano per nome Leone Winniski,⁵⁹ diede alli Monaci Basiliani di Lituania quarantamila fiorini, acciò fondassero ivi un Seminario per l'istruzione del Clero Secolare. Questo denaro fu dalli Monaci ceduto al Collegio di Leopoli, e con ciò si fondarono alcuni Alunnati per quella Diocesi. Gl'altri Vescovi hanno esatto, ed esiggonno ogn'anno il sudetto Cattedratico; ma nulla pensano al Clero Secolare, il quale è ignorantissimo.

XVI. Per accrescere la somma del Cattedratico, i Vescovi procurano di moltiplicare i Parrochi. A questo fine l'istituiscono in ogni Chiesa, sebbene non vi sia l'onesto mantenimento per un solo sacerdote. In qualche Parocchia più comoda ne (f. 200v) mettono due, o tre; ma ciò poco importa, purchè il Cattedratico cresca per il Vescovo.

XVII. Lo stesso Collegio di Leopoli, il quale è stato eretto non solo per gl'Armeni ma anche per istruire il Clero Ruteno, e per questo particolarmente ha sino ad ora speso molte migliaia di scudi la Congregazione di Propaganda, di poca, o niuna utilità riesce per quel Clero. Mentrechè, sebbene gli Alunni vi prestino il giuramento solito farsi dagli Alunni de' Collegij Pontificij e dove giurano di non farsi Religiosi, nondimeno quasi tutti passano all'Ordine Basiliano. La Provincia di Polonia è piena di tali Alunni. Si dice che li Vescovi li dispensano del suddetto Giuramento; non si sà però con quale facoltà. Onde quelli, che rimangono Preti secolari, sono per lo più ignoranti, e occupano le Parocchie, senza avere la scienza necessaria per tale ministero.

19 aprile 1747.

⁵⁹ Agitur de Georgio Vynnyckyj (1710-1713).

940.

1747.

De dispensatione ab irregularitate ex causa apostasiae contracta.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 121.

Beatissime Pater.

Basilius Sieckiewicz, Presbyter Graeci ritus ex Dioecesi Brestensi in Lituania, Orator absens, ad supremam Sanctitatis et Clementiae Sedem ab oris ultimis recurrit, animae Suae statum longe miserrimum coram Sanctitate Vestrae humillime exponens: quatenus ipse Beneficio Ecclesiastico destitutus, alium vero praeterea modum vivendi non habens, in desperationem actus ad schismaticos desciverit, ibique duos circiter annos commoratus, Sacros Ordines exercuit, Uxoremque suam Anastasiam ad Schisma traxit, nunc Dei miserentis gratia compunctus vult redire Filius prodigus ad Patriam seu potius ad Patrem suaeque Dioecesis Episcopum, sed poenas ecclesiasticas, quas se commeritum agnoscit, nimium metuit, ac propterea ad Pedes Sanctitatis Vestrae prostratus lachrimis orat, ut se censuris et irregularitatibus expediri, et pro condonatione aliarum poenarum, modoque aliquo vivendi pro vivendo, suo loci Ordinario commendari clementer annuat.

Quam gratiam Deus, etc. ...

Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIV, Pontifici Optimo Maximo.

941.

1747.

Eiusdem argumenti pro alio sacerdote.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 123.

Beatissime Pater.

Michael Pilichowski, Presbyter Graeci ritus ex Dioecesi Brestensi in Lituania, Orator absens, ad supremam Sedem Sanctitatis et Clementiae recurrit, errorem suum gravissimum statumque animae suae miserrimum Sanctitati Vestrae exponens, inter lachrimas et gemitus: Quatenus Ipse Beneficio Ecclesiastico destitutus, alium vero praeterea modum vivendi non habens, in desperationem actus ad schismaticos descivit, ibique tres circiter annos commoratus Sacros Ordines exercuit; nunc Dei miseratione compunctus vult redire Filius prodigus ad Patrem suaeque Dioecesis Episcopum. Sed poenas ecclesiasticas, quas se commeritum agnoscit, nimium metuit, ac propterea ad Pedes Sanctitatis Vestrae prostratus lachrimis orat, ut se censuris et irregularitatibus expediri et pro condonatione aliarum poenarum, modoque aliquo vivendi pro vivendo suo loci Ordinario commendari clementer annuat.

Quam gratiam Deus O.M.

Sanctissimo Domino Nostro Benedicto XIV, Pontifici Optimo Maximo.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 125-127.

(f. 125) Due Sacerdoti Ruteni della Dioecesi di Bresta unita quella di Uladimiria, nominato uno Basilio Sieckiewicz, l'altro Michele Pilichowski, presentarono mesi sono Memoriale, con cui esposero, che trovandosi senza verun Benefizio, e perciò senza modo di vivere, indotti dalla disperazione erano passati tra gli Scismatici, tra quali il primo avea vissuto due anni, l'altro tre, e l'uno e l'altro vi avevano esercitato le funzioni sagre. Aggiungevasi il suddetto Basilio Sieckiewicz di avere inoltre indotto allo Scisma la sua moglie per nome Anastasia. Asserendo pertanto l'uno e l'altro di essere pentiti del loro errore, e di volere ritornare tra li Cattolici, supplicavano di essere assoluti delle censure, e dalla sospensione incorsa, e di essere efficacemente raccomandati al loro Vescovo di (f. 125v) Uladimiria, acciò questi li ricevesse paternamente, e provvedesse in qualche maniera alla loro sussistenza.

La Santità vostra ordinò, che tali memoriali si trasmettesero a Monsignor Nunzio di Pollonia, acciò sentito il Vescovo prendesse sopra di essi le opportune Informazioni, e più specialmente indagasse, se e per quali delitti li sudetti due sacerdoti fossero stati processati.

Monsignor Nunzio ha ora trasmesso una lettera dello stesso Vescovo di Uladimiria, e le Copie de' Processi fatti nella sua Curia di Bresta contro li suddetti due sacerdoti.

E quanto a Basilio Sieckiewicz dalla copia del Processo apparisce, che essendo questi Paroco della Chiesa Zabascense non avea voluto amministrare li Sacramenti della Penitenza, e dell'Eucaristia, se ogn'uno non gli pagava tre bajocchi, avea tolto varie cose appartenenti alla Chiesa, e con (f. 126) altri gravi delitti, quali si asserisce nel Processo di tacere, ne offendant aures vulgi, erasi reso insoffribile a' suoi parocchiani. Perciò il Vescovo lo privò della Parochia, l'obbligò a risarcire i danni inferiti alla Chiesa, e lo condannò a fare un anno intero gl'Esercizj spirituali nella Cattedrale di Bresta, e per suo sostentamento, terminato che avesse la penitenza imposta, gli assegnò un ufizio nella Chiesa Pruzanense. Asserisce il Vescovo, che questo Sacerdote dopo tale sentenza se ne fuggì.

Riguardo poi a Michele Pilichowski, si rileva, che questi era Paroco di Buchowicz, ma che avendone distratto li Fondi, ed impegnato un Calice, fu dal Vescovo rimosso dalla Parrocchia, sino a tanto, che risarcisse tutti li danni; ma che negando egli di avere commesso li delitti accennati, domandò, ed ottene una Commissione per purgarsi dalle accuse. (f. 126v) Aggiunge a ciò il Vescovo, che questo sacerdote invece di giustificarsi, finì di spogliare intieramente la Parocchia, e di poi se ne fuggì di modo che egli dopo averlo invano aspettato un anno, dovette conferirla ad un altro sacerdote.

Quindi soggiunse, che attesa l'odiosità, e l'infamia, che ambidue hanno cantratto presso del Popolo, e de' Patroni, li quali hanno il diritto di nominare alle Parocchie, ne questi vorranno soffrirli, ne egli potrà provvederli. Aver

egli sicuri rincontri, che essi non sono passati tra gli Scismatici, ne vi hanno trasportato le loro mogli; ma solo averne fatto correr la voce per esigere maggior compassione.

Monsignor Nunzio su tale fondamento crede molto difficile di poter provvedere alla loro sussistenza, trattandosi di persone pubblicamente scandalose; e perciò, che non vi sia altro provvedimento (f. 127) da prendere, se non che il proposto dagl'Oratori medesimi, cioè di raccomandarli al Vescovo, acciò li accolga con paterna carità, e trovandoli sinceramente pentiti de' falli commessi, l'impieghi secondo la loro capacità, e talento.

942.

1747.

Instantia Archiepiscopi Polocensis ut nominetur Administrator Metropoliae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 155-156v.

Ill.mo e Rev.mo Signore,

Floriano Hrebnicki, Arcivescovo di Polosco, Oratore Umilissimo di V. S. Ill.ma, e Rev.ma, a tenore del memoriale dal medesimo esibito a Nostro Signore, e rimesso à V. S. Ill.ma ossequiosamente suplica per esser prescelto, e nominato fra gl'altri concorrenti per Amministratore della Metropolia della Russia ultimamente vacata per la morte di Monsignor Vescovo di Leopoli, concorrendo nel medesimo Oratore non solo la dignità di Arcivescovo, ma anche la qualità di essere uno de Vescovi più vicini, e più anziani, che della grazia, etc.

All'Ill.mo e R.mo Signore Monsignor Lercari, Segretario della S. Congregazione de Propaganda Fide.

Per Floriano Hrebnicki, Arcivescovo di Polosco.

943.

1747

Instantia Episcopi Pinscensis pro libera electione Metropolitae Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 191.

Beatissimo Padre.

Il Vescovo di Pinsco in Pollonia,⁶⁰ umilmente prostrato al bacio dè SS.mi Piedi di Vostra Beatitudine, riverentemente le rappresenta, che à tenore della Bolla di Clemente VIII, e dè Decreti della S. Congregazione di Propaganda, inviolabilmente sempre si è eletto il Metropolitan con i voti, quorum de jure, e che ciò non ostante il moderno Luceorien. Vescovo dell'istesso Rito, dopo la morte dell'ultimo Metropolitan, pretende di riportarne il Privilegio senza

⁶⁰ Georgius Bulhak. Cfr. notam 1.

la solita elezione, con pregiudizio grande di questa Gerarchia. Monsignor Nunzio di Pollonia si adopra fortemente alla Corte pro manutione Iurium electionis, ma ciò non ostante il Vescovo Oratore supplica con tutta l'umiltà del suo spirito la Paterna Clemenza della Santità Vostra à degnarsi di far dare per Segretaria di Stato ordine al medesimo d'insistere rigorosamente per conservare il solito su tal particolare. Che della gratia, etc. etc. ...

944.

1747.

De dispensatione ab impedimento bigamiae interpretativae pro eparchia Peremyliensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 315rv.

Beatissime Pater.

Hieronymus Ustrzycki, Episcopus Premisliensis, Sanocensis, et Samboriensis Ritus Graeci, Orator humillimus S.V., obsequiosissime exponit, quod in Dioecesi sua nonnulli Presbyteri ita sunt pauperes ut certam quantitatem terrae, Ecclesiis suis pro omni fundatione annexae, saepenumero proprio labore excolendo, vitam suam ducant, et familiam sustentent, et saepe contigit, quod eorum decedente, remanent uxor et familia in statu extremae egestatis, et coguntur mendicare victum in his praesentim regionibus, ubi ob universalem paupertatem eleemosynae non dantur; cum igitur ad consulendum his familiis, et ad evitanda maiora inconvenientia, quae secum fert paupertas, quandoque expediat permittere, ut miserae viduae matrimonium contrahant cum personis capacibus, et idoneis postea ordinari, neque id fieri potest absque Apostolica Dispensatione, ideo humillime supplicat S.V. quatenus dignetur ex speciali gratia, non obstantibus Constitutionibus Apostolicis, caeterisque contrariis quibusvis, eidem Oratori facultatem concedere pro 20 personis, ut easdem in Dioecesi sua Bigamiae impedimento irretitas, clericali (f. 315v) characterе insignire, ad omnes etiam Sacros, et Presbyteratus Ordines promovere, et dispensare Orator valeat. Quam Deus, etc. etc. ...

945.

1748.

Instantia Athanasii Szeptyckyj ut promoveatur ad Ordines Sacros.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 735, f. 207.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Atanasio Szepticki,⁶¹ Alunno del Ven. Collegio Urbano de Propaganda Fide,

⁶¹ Dein Episcopus Peremyliensis (1762-1779). Ex famosa familia Szeptyckiana, quae hoc saeculo XVIII plurimos dedit Praelatos Ecclesiae Unitae: Barlaamum, Ep. Leopoliensem (1710-1715), Athanasium, Ep. Leopoliensem (1715-1746) et Metropolitanam Kioviensem (1729-

Diacono di Rito Greco della Diocesi di Leopoli, dovendo in breve terminare il corso della Teologia supplica umilmente l'Eminenze Vostre accordargli la grazia d'esser promosso al sacerdozio, che della grazia, et quam Deus, etc. etc.

11 Martij 1748.

(f. 208) Ego infrascriptus fidem facio, etiam interposito jurejurando, Diaconum P. Athanasium Sceptycki, Alumnum huius Venerabilis Collegij Urbani de Propaganda Fide, iis moribus, indole, ac doctrina praeditum esse, ut ad Sacrum Presbyteratus Ordinem promoveri possit. In quorum Fidem has literas manu propria scripsi, et obsignavi.

Romae, hac die 8 Martij 1748.

Ildephonsus a S. Carolo, eiusdem Collegii Rector.

946.

1748.

De dispensatione ab impedimento bigamiae pro Eparchia Leopoliensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 735, f. 236.

Beatissime Pater.

Onuphrius Szumlanski, Episcopus Premislien., Ruthenorum, Administrator Dioecesis Leopoliensis. Halicien., et Camenecen. obtenta ad terminos Synodi Zamoscianaepiscopatuum, post fata bo. men. Metropolitae Szepetycki Episcopi Leopoliensis., administratione, humillime Sanctitati Vestrae supplicare cogitur, quatenus Sanctitas Vestra eidem Facultates dispensandi cum aliquot Bigamis Dioecesis Leopoliensis. stante sua Administratione concedere dignetur, attenta principaliter dictae Dioecesis vastitate ac inopia Ordinandorum.

Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc.

Die 11 Martij 1748.

947.

1748.

Pro admissione Alumni in Collegio de Prop. Fide de Urbe.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 737, f. 168.

1746), Leonem, Ep. Leopoliensem (1749-1779), et Coadiutorem (1762) et dein Metropolitanam Kioviensem (1778-1779), et Athanasium, Ep. Peremysliensem (1762-1779).

Eminentissimi, et Rev.mi Domini.

Vacante in Collegio Urbano de Propaganda Fide Alumnatu, Monachis Ordinis S. Basilij M. Ruthenorum Provinciae Poloniae assignato in sapientissima SS.mi Domini Nostri Decretali,⁶² ob discessum P. Athanasij Szeptycki, Januarius Znoiowski, ejusdem Ordinis Procurator Generalis, humillime supplicat EE. VV. quatenus dignentur permittere ut alius Monachus ex dicta Provincia Poloniae seligendus eidem subrogetur. Quod ex gratia, etc. etc.

Die 22 Iulij 1748.

948.

1748.

Pro translatione cuiusdam monachi Montenegrini inter Basilianos ruthenos.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 738, f. 7rv.

Memoria per l'Ill.mo e Rev.mo Monsignor Lercari
Segretario della Sagra Congregazione de Propaganda.

Antonio Lucich, nato nel Castel di Lastua in Pastroevichi da Genitori Greci Scismatici, vestì l'abito monastico di S. Basilio nel Monastero di S. Nicolò nel Monte negro; ivi in età di soli anni sedici fu ordinato Diacono, e Sacerdote in due giorni consecutivi da un Vescovo Scismatico. Doppo aver per alcuni anni esercitato il Ministero Sacerdotale, uccise con un archibusata di volontà determinata un Monaco, che lo aveva strapazzato. Deposto perciò l'abito monastico, e vestito per qualche tempo quello di soldato, fuggì verso Ragusa e di poi a Zara, dove nel passato Giugno fece la Professione della fede Cattolica nelle mani di quel Padre Inquisitore Generale, e fù assoluto dalle censure, e dall'appostasia. Per assicurar la sua vita, la sussistenza, e la salvezza dell'anima, ha ottenuta benignamente da sua Santità, per mezzo del Signor Cardinal Besozzi, Sommo Penitenziere, la grazia di passar in Polonia, ad effetto d'esser ammesso (f. 7v) fra li Monaci Basiliani Ruteni, da quali riportando doppo qualche tempo l'attestato di suoi buoni portamenti, lo ha speranzato di dispensar seco anche dell'Irregolarità contratta per il suddetto omicidio. Affinche pertanto sia benignamente ricevuto fra li suddetti Monaci Basiliani Ruteni, cò quali ha comune ed il rito, e la lingua, supplica umilmente, che a nome della Sagra Congregazione di Propaganda si passi con Biglietto un'efficace ufficio appresso questo Padre Procuratore Generale, acciò il medesimo faciliti la di lui admissione, per far cosa grata alla stessa Sagra Congregazione. Che etc. etc. ...

12 Augusti 1748.

⁶² « *Inter plures* » de dat. 11.V.1744.

949.

1748.

Facultates quinquennales pro Episcopo Munkacsiensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 738, f. 75.

Emin.mi et Rev.mi Domini,

Michael Manuel Olsawski Rossensis, et Vicarius Apostolicus Munchacsien-
sis in Hungaria, humillimus EE. VV. Orator, cum expiratae iam sint Faculta-
tes alias Oratori concessae ad quadriennium, humiliter supplicat pro dd. Fa-
cultatum renovatione. Quod ex gratia, etc.

Die 26 Augusti 1748.

950.

1748.

Pro confirmatione electionis Metropolitanae Kioviensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, a. 1748, vol. 738, f. 212.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Avendo li Vescovi della Nazione Rutena in Polonia, uniti alla Santa Sede, eletto in loro Metropolita l'umilissimo Oratore dell'EE. VV., Floriano Hrebni-cki, Arcivescovo Polocense, alla quale elezione accede anche la nomina del Re di Polonia, come consta dall'Istromento di detta elezione, e Processo fatto dal Nunzio Apostolico, si supplica riverentemente l'EE. VV. per parte di detto Arcivescovo degnarsi confermare con loro Decreto la detta Elezione con la ritenzione della Chiesa Polocense, e di quelle unite alla medesima, e dell'Archimandritati Hlebo-Borisen. et Kiovo-Peczaren., tanto più che per l'incendio seguito della Catedrale in Vilna, sua residenza, e del Palazzo Arcivescovile con tutti i Mobili di esso Oratore, che aveva ivi introdotti in tempo della sua amministrazione, deve soccombere à necessarie gravissime spese incompatibili alla scarsezza della sola mensa della Metropolia suddetta, quali ritenzioni sono state solite concedersi nelle conferme antecedenti, come puole riconoscersi dagl'Atti di cotesta Sagra Congregazione in casi anche meno necessitosi, e ne spera dalla benignità dell'EE. VV., e dalla Clemenza di Nostro Signore la grazia. Quam Deus, etc. etc.

11 Nov. 1748.

951.

1748.

De praeservatione iurium Basilianorum contra praetensiones Archimandritarum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, 68-69v.

B.me Pater.

Erecta ad normam Decretorum a Sanctitate Vestra editorum, in Congregatione Particulari habita die prima Maij 1742, Congregatione Monachorum Ordinis S. Basilij M. Ruthenorum, inter caetera statutum fuit in Capitulo Generali celebrato Dubni anno 1743, ut par numerus Vocalium in utraque Provincia Polona, et Lithuana constitueretur. Quod optime factum cum animadverteret Sanctitas Vestra in sapientissima sua Decretali, quae incipit: *Inter plures*, non solum huiusmodi confirmavit stabilimentum, sed etiam iussit, ut sub praesidentia, et directione R.mi Episcopi Zenopolitani seligerentur quadraginta vocales ex utraque Provincia, qui praeter Proto-Archimandritam, Consultores, Secretarios Generales, et Provinciales, in Capitulis Generalibus suffragium ferre debeant.

Noverat siquidem B. V. hoc pacto non solum obviam iturum dissentionibus, et discordijs, quae ab excessivo nimium vocalium numero oriri solebant, sed etiam gravissimis expensis, quibus Monasteria etiam pauperrima subjacere debebant (f. 68v) pro transmissione suorum respective vocalium.

Executioni mandatum hoc fuit in Consultatione Uladimiriensi coacta mense Octobris anni 1746, a praedicto R.mo Episcopo Zenopolitano, uti constat ex Actis talis consultationis ab eodem Episcopo transmissis, et Sanctitati Vestrae humiliter jam porrectis.

Juxta talem fixationem in celebrato nuper Capitulo Generali Mense Augusti anni elapsi, cuius acta B.ni Vestrae pro confirmatione porrecta sunt, nulli alii admissi sunt, nisi ij, quibus suffragij jus praecedenti Consultatione Uladimiriensi fuit attributum ideoque exclusi ab eodem Capitulo sunt Episcopi et Abbates.

Subauditur modo Episcopum Uladimiriensem, et cum eo nonnullos Abbates omnem tentare viam invalidandi Acta talis Capituli, sub eo praetextu, quod in eodem admissi non sint, et cum agnoscant se exclusos fuisse vigore praelaudatae Decretalis, apud Regios Ministros huiusmodi Decretalem Juribus Regijs praeiudicalem autumare satagunt, et moliantur.

Quapropter P. Januarius Znojovski, Procurator Generalis praefati Ordinis, Sanctitati Vestrae humillime exponit vere Abbates et Episcopos ante emanatam Decretalem solitos fuisse Capitulis Generalibus aliquo modo interesse una (f. 69) cum Superioribus Monasteriorum omnium. Sed excedens Vocalium numerus profecto in causa fuit, ut ad quadraginta dumtaxat reduceretur; adeoque nullam potiore querelae rationem habent Abbates, quam caeteri omnes Superiores, et si quod jus hac in re habuissent, deducere illud debuissent coram Sanctitate Vestra vel postquam publicata fuit Decretalis, vel saltem in praefata Consultatione Uladimiriensi. Ac tandem si quae jura habere se praesumant, ea deberent coram Sanctitate Vestra deducere, non regios Ministros commovere in re mere ecclesiastica, et quae Regulares dumtaxat respicit. Quare supplicat Orator Sanctitati Vestrae, ut Ordinis Monastici jura, et tranquillitatem tueri dignetur, compellens praedictum Episcopum, et Abbates jura sua, si quae habent, deducere coram hac S. Sede,

ac interim praefati ultimi Capituli Generalis Acta Apostolica Autoritate confirmare. Quare etc. etc. ...

SS.mo D.no Nostro Benedicto PP. XIV (f. 69v).

Pro Procuratore Generali Ordinis S. Basilij M. Ruthenorum.

952.

1748.

Querelae Cleri saecularis de Basilianis de non restitutis ecclesiis paroecialibus.

APF, *Scrith. rif. n. Congressi: Mosc., Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 142-143v, 145v.

Beatissime Pater.

Clerus saecularis Ruthenus Catholicus Dioecesium Leopoliem, Halicien, Camenecen, Premislien, et Samborien, humillimus Sanctitatis Vestrae Orator, in extrema sui, quam a Patribus Basiliani Ordinis Provinciae Russiae patitur, oppresione Sanctitatis Vestrae auxilium implorare cogitur.

Demandavit Vestra Sanctitas Sua sapientissima Decretali (:quae si ad amussim custodiretur faelicitas profecto Graeco-Ritui per Russias pareretur:) Patribus Basilianis praefatae Provinciae, ut plura Monasteria quae vix duos aut tres Monachos alere possunt, in unum coadunarent, ita ut ad Regularem Disciplinam inducendam in singulis Monasterijs decem vel saltem octo Monachi valeant congregari.

Pontificio sapientissimo Decreto illudentes potius, quam obtemperantes Monachi Provinciae Russiae in consultatione, quam coram Ill.mo olim Metropolitanato coegerunt mense Octobri anno 1745, duo vel tria tenuiora Monasteria uni subjecere quidem tanquam capiti, in aliis tamen restant duo illi, vel tres Monachi, qui ante talem consultationem (f. 142v) in iisdem degebant, ita ut vita communis et Regularis disciplina, juxta Canonicas Leges tenoremque praelaudatae Decretalis, observari in iis non possit.

Quod autem Oratoribus gravissimum est, occasione hujusmodi aggregationis et coadunationis plures sibi usurparunt ecclesias, inter quas Parochias nonnullas, ad quas nullum Jus habent foundationis, aut Donationis, sed per Praesbyteros saeculares administrari solebant. Hujus generis sunt Ecclesia Cathedralis Leopoliensis, quae ex sua origine pro Praesbyteris saecularibus erecta fuit, et ab iisdem semper administrata usque ad tempora bona memoria Domini Szumlanski, Episcopi Leopoliem., qui suo arbitrio nonnullos Monachos ad eam advocavit.

Ecclesiae Cathedrales et Parochiales Halicien. et Camenecen., ad quas nonnisi a viginti annis ab Episcopis Monachi assumpti sunt, cum ex fundatione et ratione Parochiae ad Presbyteros saeculares pertinet.

Ecclesia etiam Cathedralis Premislien. super qua relatam est Decretum ab Ill.mo olim Metropolitanato Russiae, quo cavetur ne Monachi eam retineant aut ad curam Animarum se ingerant.

Ecclesia Bucnoviensis, cui adhuc deservit Parochus saecularis, eamque illi sibi adscribere omni conatu contendunt.

(f. 143) Has aliasque Ecclesias Monasteria nuncupavit Provincia Ruthena

Basiliani Ordinis in supradicta Consultatione, non ut plenarium numerum in ijs inducens sapientissimae Decretali Beatitudinis Vestrae obtemperaret, sed ut se ditando spatiis cleri saecularis magnum Monasteriorum elenchum effingat; sinit enim contra mentem sanctitatis Vestrae ut in praefatis Ecclesiis duo solummodo vel saltim tres commorentur Monachi.

Quam vero hujusmodi Ecclesiarum Parochialium, et Cathedralium usurpatio gravis sit Clero saeculari qui aliunde sui Familiarumque sustentationem eruere non potest, pro sua sapientia novit Vestra Sanctitas.

Contrarium hoc quoque est canonibus Synodi Zamoscianaе, ab hac Sancta Sede Apostolica confirmatae. Titulo enim decimo: de Parochis, et Parochijs, statuitur ut eae tantum Parochiales Ecclesiae, quae Regularibus ex sui fundatione vel juxta praescriptionem attributae sunt, per Regulares regantur, reliquae omnes per saeculares, neque amplius ipsarum natura mutetur.

Ab hujusmodi itaque usurpatione Ecclesiarum tam Cathedralium, quam Parochialium a Monachis Provinciae Russiae tentata usque ab anno 1740 perfecta (f. 143v) postmodum praeterito anno 1745, in Consultatione Dubnensi, protestatus est publicis Tabulis Clerus saecularis praefatarum Dioecesium, Leopoliensium, Haliciensium, et Camenecensium, atque Praemisliensium, et Samborien, qua suo, et Episcoporum suorum nomine, prout etiam easdem Protestationes exponet.

Supplicat igitur praefatus Clerus, humillimus Sanctitatis Vestrae Orator, quatenus praedictam coadunationem Ecclesiarum Cathedralium et Parochialium improbare dignetur Vestra Sanctitas, et Monachis Provinciae Russiae serio injungere, ut ab Ecclesijs, in quibus duo tantum vel tres Monachi subsistere possunt, recedant suisque legitimis Possessoribus, Praesbyteris siquidem saecularibus, pro quibus illae fundatae sunt, ab eisque administrari consueverunt restituant.

Quod ex gratia etc. Quam Deus etc. etc. ...

Sanctissimo Domino Nostro Papae Benedicto XIV (f. 145v).

Pro Clero Rutheno Dioecesium Leopoliensium et Premisliensium.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 136-141v.

(f. 136) Questi fogli contengono le querele del Clero secolare delle Diocesi di Premislia, e di Leopoli contro i Monaci Basiliani, perchè questi gli usurpano la maggior parte delle Cattedrali, e Parrocchie.

* * *

(f. 138) Con lettera diretta a Vostra Santità, e con Memoriale ricorrere il Clero Ruteno Cattolico delle Diocesi di Leopoli, Alicia, Caminietz, e Premislia, contro le usurpazioni, che sopra di esso asserisce farsi dalli Monaci Basiliani della Provincia di Polonia che si chiama anche di Russia.

A due capi principalmente queste si riducono: alla intrusione in tutti gl'ufizj, cioè di Vicario, o sia Officiale Generale, Cancelliere, e Uditore, de' Vescovi, ed alla usurpazione sì delle Chiese Catedrali, come anche delle inferiori, ma che sono più abbondanti di rendita.

Ed in quanto agl'Ufizj nel Sinodo di Zamoscia, tit. VII, §. 1 si prescrive:

Quilibet Episcopus Officiale[m] habeat saeculare[m], si inter saeculares quispiam ad hoc Officium idoneus inveniatur, sin minus regularem.

Asseriscono i ricorrenti, che sebbene tra i sacerdoti secolari ve ne siano molti capaci, quelli particolarmente (f. 138v) che sono stati Alunni nel Collegio di Leopoli, ciò non ostante i Monaci della Provincia di Polonia fanno tutti i loro sforzi presso i Vescovi, i quali sono Monaci, come essi, per introdursi in tutti gl'Ufizj. Da ciò nasce la depressione sempre maggiore del Clero saecolare, di cui i più capaci per non essere obbligati a prendere le Parocchie, e con questo bene spesso la cura di un terreno da coltivare colle loro medesime mani, prendono l'abito monastico, e gl'altri vivono in una supina ignoranza. Se i Parochi sono oppressi dalli Patroni Laici (cosa che per altro è comune) non trovano negl'Ufiziali Monaci assistenza veruna; poichè questi per i loro interessi non vogliono alienare i Signori secolari, dalli quali sperano elemosine manuali, o fondazioni. E finalmente i Monaci medesimi vivendo fuori de' loro Monasterj sul pretesto di tali Ufizj, e divagando per le Città, e Villaggi col titolo delle (f. 139) Visite, menano una vita poco decente alla professione Monastica, atteso particolarmente che si trattengono nelle case de Parochi coniugati.

Qual sia lo stato del Clero Secolare Ruteno, lo avvisò l'anno scorso il P. Moro, Teatino, Rettore del Collegio Armeno, e Ruteno di Leopoli,⁶³ e Prefetto di quelle Missioni in una relazione, che mandò alla Congregazione di Propaganda. Egli, accennando la depressione, disprezzo, ed ignoranza, in cui sono non meno i sacerdoti, che i laici, aggiunge: « Che se per fortuna avviene che alcuni di essi si trovino di avere il modo di applicarsi in qualche città agli studj, terminati questi, vergognandosi del disprezzo, in cui sono per lo più i Sacerdoti Ruteni, e sfuggendo la necessità di lavorare la terra, e di procurarsi cò sudori del volto un misero sostentamento, o abbandonano il rito Ruteno passando al Latino, o entrano nella Religione di S. Basilio Magno, o che è il peggio, passano a Kiovia, Capitale dell'Ukraina scismatica, ove trovano più di stima, e più di comodo (f. 139v) o nello stato secolare, e civile, o fra què Basiliani Scismatici, i quali scarseggiando per se di soggetti capaci, si fanno merito di promuovere i nuovi venuti, anche per allettarne altri, e tirarli in tal modo allo Scisma ».

Credono quindi i ricorrenti, che quando i Monaci sono obbligati a vivere ne loro monasterj, e non prendere gl'ufizj appartenenti al Clero secolare, questo sarà rilevato dagl'accennati pregiudizj.

Il secondo capo di doglianza contro i Monaci della Provincia di Polonia, riguarda l'usurpazione, che si pretende abbiano questi fatto delle Chiese Cattedrali, e di altre appartenenti di sua natura al Clero Secolare.

Per lume di ciò pare necessario di premettere, che volendo nel 1744 la nuova Provincia di Polonia prendere alcuni Monasterj, che dentro i limiti di essa sono posseduti dalla Provincia di Lituania, tra le altre ragioni, alegò

⁶³ An. 1741-1760.

(f. 140) la miseria della maggior parte de' suoi Monasterj, quali chiamava *pauperrima, vel potius eremitoria, ita ut vix duos vel tres Monachos sustentare possint*. La Santità Vostra, seguendo le disposizioni de' Sagri Canonici, nella sua sapientissima Decretale ordinò, che dal Metropolitano insieme col Proto-Archimadrita, Consultori Generali, Provinciale di Polonia, e suo Consultorio si facesse l'unione di tali Monasterj, di maniera che in ogni Monastero possano mantenersi almeno otto Monaci, e riservò a se medesima l'approvazione di tale unione.

Secondo ciò, che rappresentano i ricorrenti, l'unione fu fatta nel mese di Ottobre dell'anno 1745, in una Consultazione tenuta in Dubno. Espongono però che i Monaci della Provincia di Polonia servendosi della propensione, che avea per essi il defonto Metropolitano, invece di unire in uno due (f. 140v) o tre de Monasterj più poveri, si sono usurpati le Chiese Cattedrali di Leopoli, e di Alicia, formandone tanti rispettivi Monasterj colla espulsione de' Sacerdoti secolari, che in esse formavano un Capitolo, e le Chiese ancora Parrocchiali di Bucniovia, e di Zulkiewicz, con altre molte, mettendovi ove due, ove tre, e dove quattro Monaci, contro la disposizione della Decretale, la quale prescrive in ogni monastero il numero di otto monaci, acciò possa osservare la vita comune, e la disciplina regolare.

Di tale usurpazione si lagna ancora il Vescovo di Premisla, asserendo che i sudetti Monaci nella stessa maniera si sono intrusi nella Chiesa di S. Salvatore, Cattedrale di Samboria, e nella Chiesa di S. Giovanni, Cattedrale di Premisla, Chiese già da molto tempo unite, e ne hanno discacciato i sacerdoti secolari. Sicchè ed il Vescovo di (f. 141) Presmilia, ed il di lui Clero secolare, come anche il Clero delle Diocesi di Leopoli, di Alicia, e di Caminietz supplicano Vostra Santità di non approvare gl'atti della sudetta Consultazione di Dubno con loro sì grave pregiudizio, ma piuttosto di costringere i Monaci a ritirarsi nè loro Monasterj, e lasciare le Chiese usurpate al Clero Secolare.

Gl'Atti di tale Consultazione non sono stati ancora esibiti alla Congregazione di Propaganda; laonde non può riconoscersi, se il presente ricorso abbia o nò giusto fondamento. Deve però riflettersi, che quando veramente sussistesse la divisata usurpazione, questa sarebbe contraria non solo alle disposizioni del Sinodo di Zamoscia, in cui al tit. X. si ordina: *Parochiales Ecclesiae, quae regularibus ex sui fundatione vel (f. 141v) iusta praescriptione attributae sunt, per regulares regantur; Reliquae omnes per saeculares, neque amplius ipsarum natura mutetur*; ma ancora allo spirito della Decretale di Vostra Santità, la quale prescrisse l'unione de' piccoli Monasterj ad oggetto d'indurre in essi la disciplina regolare, quale non può osservarsi, ove trovansi soli due, o tre Monaci.

Altra doglianza finalmente è particolare del Clero di Leopoli, Alicia, e Caminiaz, il quale espone, che i parenti del defonto Metropolitano si sono appropriati lo spoglio di esso, consistente in settanta mila scudi in circa, in pregiudizio delle sudette Chiese, senza che i Monaci, loro aderenti, gli abbiano fatto il minimo ostacolo.

953.

1748.

De provisione Ecclesiae Leopoliensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, fol. 281-282.

Monsignor Nunzio di Polonia con sua lettera in data dei 30. 8bre del corrente anno partecipa all'Eminentissimo Signor Cardinale Valenti le difficoltà, che truova nel provedersi la Chiesa di Leopoli di un Pastore zelante dell'Unione, e lontano da qualunque minimo sospetto d'intelligenza con i Disuniti; ma che ostava à ciò l'antica consuetudine di conferirsi i Vescovadi, e Benefizij dal Re à raccomandazione del Metropolita, senza di che non è da sperarsi, che si voglia procedere alla nomina della vacante Chiesa di Leopoli. Come anche essendo l'intenzione di tutti i Ministri, i quali dicevano apertamente, che o non conveniva più di dare la metropolia à Monsignor Vescovo di Luceoria, ma bensì per tenerlo quieto e provvedere alla di lui estimazione, si sarebbe fatto passare alla Chiesa di Leopoli. Atteso ciò, stimò bene Mgr. Nunzio di non mettere in campo nuova materia, temendo, che parlandosi di escludere il Vescovo di Luceoria anche dalla Chiesa di Leopoli, non si fossero irritati i Ministri, e fatto loro ritornare la voglia di averlo (f. 28lv) Metropolita. Ebbe pertanto occasione Mgr. Nunzio di parlare con il Vice Cancelliere, e fece cadere il discorso sopra la provista della Chiesa di Leopoli, ma subito gli mise avanti gli occhi il Vescovo di Luceoria, onde fu duopo, che gli soggiungesse Mgr. Nunzio suddetto, ch'avendo egli stesso confessato, che frà i Prelati Ruteni non vi è altri meritevole della Metropolia, che l'Arcivescovo di Polosko, ma che essendo questo molto avanzato in età, si darebbe presto luogo ad una nuova vacanza, onde pareva espediente di provvedere la Chiesa di Leopoli di un contegno successore. Gli piacque questo discorso, e disse a Monsignor Nunzio, se egli aveva qualche soggetto da proporre, al che però fu replicato dallo stesso Prelato che non ne aveva alcuno, ma che andando detto Signor Vice-Cancelliere in Polonia, poteva prender lingua, mentre in questo tempo Monsignor Nunzio avrebbe fatte le sue diligenze. Non ostanti però tutte le diligenze fatte, non è ancora possibile, che Monsignor Nunzio possa truovare anche con la scorta dell'Arcivescovo di Polosko, e di altre (f. 282) persone un soggetto frà Religiosi Basiliiani, adeguato a tale idea, per la ragione, che secondo il Capitolo di Dubno i Vescovati, e Benefizij di una Provincia non si possono conferire ai Religiosi di un'altra; e la Provincia di Leopoli, cui appartiene il Vescovado, manca di soggetti meritevoli.

Nella conferenza, che Monsignor Nunzio ebbe con il Sig. Vice-Cancelliere suddetto, non mancò di rimostrargli, che quando non si fosse trovato un soggetto degno nella Provincia di Polonia, era necessario ricavarlo da quella di Lituania, senza alcun riguardo a quanto si stabilisce nel Capitolo di Dubno. Dopo il ritorno del Sig. Vice-Cancelliere procurerà Mgr.

Nunzio di far gustare la suddetta proposizione o Sua Maestà, per poi venire alla scielta del soggetto. Quest'è quanto asserisce di aver fatto il predetto Prelato circa la provista della Chiesa di Leopoli, e si lusinga, che persistendo il Vice-Cancelliere, di venire a fine di quest'affare.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 285.

RUTENI:

Tra le determinazioni stabilite nel Capitolo celebrato nel 1743 in Dubno dai Monaci Basiliani Ruteni di Lituania, e di Pollonia vi è la seguente:

Ut ad vacantes Praelaturas in utraque Provincia, videlicet Episcopatus, et Abbatias Personae ex alia Provincia non promoveantur, neque assumantur.

Nella Decretale di Nostro Signore non si fà alcuna menzione di questo punto in particolare, ma si approva il Capitolo in genere, e solo si correggono, e si moderano, e si approvano in specie alcune risoluzioni del medesimo.

954.

(1748)

De prohibendo transitu ex Ritu Rutheno ad Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 405.

Beatissime Pater.

Humillime exponit devotissimus Sanctitatis Vestrae Orator, et subditus, Florianus Metropolita Russiae, una cum suis Coepiscopis, totoque Clero Unito Saeculari, ac Regulari, qualiter, obstantibus S. M. Urbani VIII alijsque saluberrimis Summorum Pontificum Decretis, nedum ab Episcopis latinis totius Poloniae, sed ab ipsa quoque Republica Polona, et de expresso Joannis III, Regis, mandato, reverenter susceptis, executionique jam demandatis, per quae Ruthenis tam Ecclesiasticis, quam Laicis transitus de Graeco ad Latinum Ritum absque Indulto Apostolico expresse sub paena nullitatis actus prohibetur, nonnullis ab hinc mensibus Laici Rutheni, pro libitu, et sine ulla dispensatione Apostolica, ad Ritum Latinum transeunt, idque iisdem licitum omnino esse, Ecclesiastici Latini tam saeculares, quam Regulares, per universam Russiam publice docent, evulgantque, quinimo et Sacramentum Confirmationis iterare, *Summario Numero Unico*, praesumunt. Cum autem ex insolentissima huiusmodi transitus libertate, quae in spretum Pontificalium Legum manifestissime tendit, non solum integritas Sacrorum Rituum vulneretur, e jurisdictione Episcoporum Unitorum penitus convelatur, sed etiam plurima oriantur absurda, quibus Catholici scandalizantur, et schismatici in odio potestatis Apostolicae et S. Unionis validius confirmantur, hinc idem Orator, cum praefatis Coepiscopis suis, totoque Clero Unito Russiae, nihil proprio arbitrio agere volens, instantissime supplicat Sanctitati Vestrae, quatenus dignetur negotium huiusmodi gravissimum ad plenam

S. Congregationem P. F. examinandum remittere, una cum facultate opportunum tantis succrescentibus malis remedium apponendi, consulendique Ruthenici Ritus integritati, quem sartum tectumque Praedecessores complures Summi Pontifices voluerunt, et pro cuius manutentione tum piissimus Poloniae Rex per suas litteras non ita pridem Sanctitati Vestrae missas, sanctissimas sancivit, evulgavitque leges. Quam gratiam, etc. etc.

955.

(1748)

De quibusdam iniuriis a Latinis Ritui Rutheno illatis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 407.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Humillimus EE. VV. Orator, Jason Smogorzewski, Ordinis S. Basilij Professorus, Episcoporum autem Ruthenorum legitimus hac in Urbe Procurator, exponit reverenter, latinos Poloniae Episcopos eo tandem licentiae devenisse, ut Ruthenos Catholicos nedum ad Ritus Latinum absque Sedis Apostolicae dispensatione reducere magis magisque praesumant, verum etiam Ecclesiasticos Ordinariorum Graecorum censuris innodatos maximo absolvant ausu, nec denique vereantur ipsum quoque Confirmationis Sacramentum ijsdem Ruthenis iterare, quamvis non semel instructi fuissent de canonica Orientalis Ecclesiae consuetudine, qua Infantibus Graecis una cum Baptismi Sacramento illud apud Ruthenos conferri dignoscitur. Ejusmodi scandala unde profluant, satis ex originali Praemisliensis Rutheni Antistitis annexa epistola Emin.mi Domini comperient minime passuri Ordinariorum jurisdictiones vulnerari, dissensiones, et scandala inter Ecclesiasticos augeri, Sacramenta contemni, ipsamque schismaticorum ad Christi Ovile reductionem arctari nimium affrenata cupiditate extinguendi in Regno Poloniae Ritus Graecum, quem diutius ibidem retinere neutiquam posse vel is solus negabit, qui mutationem Ritus Chatolici omni jure improbatam probare non erubesceret. Quod etc., ets.

956.

(1748)

Instantia Ecclesiae Unitae de prohibendo transitu e Ritu Rutheno ad Latinum. Questio haec anno 1748, die 24 novembris, inchoata per decem fere annos protracta fuit, et proinde hic ponitur ex integro et quoad substantiam.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 411.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Jason Smogorzewski, Ordinis S. Basilij M. Professorus, Episcoporum autem Russiae apud hanc S. Sedem Procurator, humiliter EE. VV. exponit,

qualiter a Ritus Latini Ecclesiasticis non ita pridem in Poloniae Regno vulgatum sit, hanc S. Congregationem intendere, ut laicis Ruthenis pro futuro integrum maneat de Graeco ad Latinum transferri Ritus, dummodo iisdem in Ruthenorum Ordinariis Curijs nullo comperiantur annodati Processu, ac coram Episcoporum latinorum Actis propriam, super Graeci Ritus desertione, mentem omnino declarent, quemadmodum Emin.iss. Dominis placebit in Originali Praemisliensis Antistitis Rutheni adjuncta epistola observare. Proinde Orator, de suorum Episcoporum voluntate, supplicat E.E. VV. ne remedium, ut supra divulgatum, quatenus in facto subsistat, effectum ullatenus sortiatur; esset enim id morbo ipso gravius, et Sacro Ruthenorum Ritui nimis perniciosum, minusque Sede Apostolica dignum. Praecatur denique idem Orator, ut, si primum Urbani VIII super Transitu Decretum, a quo non esse recedendum, haec ipsa S. Congregatio sub die 29 Iulij 1631 intrepide sancivit, publicari nequaquam valeat, saltem celeriori demandetur executioni Provisio illa, quam B. mus Pater, de hujus S. Congregationis consilio, sub annum 1750, maximo sumpsit zelo, non alia permotus ratione, quam ne Catholici Ritus integritatem tamdiu latinis Poloniae Ecclesiasticis oppugnatam amplius eodem in Regno labefactari permetterent. Quam gratiam, etc. etc. ...

957.

(1748)

Causa Episcopi Leopoliensis cum Episcopo Camenecensi latino de transitu e Ritu Rutheno ad Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari* a. 1748, vol. 103, f. 419-20.

Beatissime Pater,

Leo Szeptycki, Episcopus Rutheni Ritus Leopoliensis, ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus humillime exponit, se, cum videret Ruthenos cujuscunque aetatis, et conditionis, nulla a Sanctitate Vestra obtenta dispensatione, solis tamen Latinorum, ac praesertim Ecclesiasticorum suasionibus, atque etiam stimulis, tanto in numero, hisce praecipue annis, ad Ritus Latinum transierunt, ut verendum sit, ne propediem Parochi, et Episcopi sine grege, sine Populo remaneant, decrevisse perquisitionem propria in Dioecesi instituere, ad agnoscendum, an aliquis, necessaria prius obtenta dispensatione, vel potius suoapte ingenio ad Ritus Latinum transierit.

Nitebatur etiam Orator non solum SS. Canonibus, quae in suo quemque Ritu permanere praecipiant, antiquioribusque Clementis VIII, atque Urbani pariter VIII, Pontificum Summorum, Decretis, sed potissimum recentibus, iisque sapientissimis Beatitudinis Vestrae Declarationibus, quibus luculentissime id statuitur, dempta cuilibet de Graeco ad latinum Ritus, inconsulta S. Sede Apostolica, transeundi facultate.

(f. 419v) At nuper excogitato per Curiam Ecclesiasticam Latinam Camene-

censem subterfugio, prodijt ex ea Decretum, quo cavetur, quominus quis de arbitrario suo Transitu coram Oratore respondeat, supposita quadam litis pendentia hac super re, ac potius recursu ad Sanctitatem Vestram per Episcopos latini Ritus facta, nempe ut Ruthenis licitum sit de Graeco ad Latinum Ritum proprio Marte transire, utque constitutio pro Italo-Graecis emanata ad Ruthenos quoque extendatur.

Quamvis hujusmodi Decretum injuriosissimis Graeco Ritui verbis conceptum sit, prout illud legenti patet, supremoque B.nis Vestrae examini ac iudicio subijcitur in annexo folio, injurias tamen aequo patientique animo hucusque fert Orator. Ritus tamen ruinam, Ruthenae Hierarchiae perturbationem et vilipendium, Patriarum violationem legum, immo animarum Christifidelium perditionem siccis ferre oculis non potest.

Exploratum siquidem est, ex hujusmodi adeo effrenata libertae corda Schismaticorum nimis obdurari, formidantium, ne cum erroribus, quos a primis susceperere incunabulis, Ritum etiam, licet sanctissimum, deserere adigantur, nimisque praeterea laedi SS. Canones, quibus Ordinariorum jurisdictio firmiter constabilita adeo nunc a Poloniae Ecclesiasticis Ritu Latino viventibus perturbatur, ac etiam vilipendio (f. 420) publicis Edictis demandatur, ut Oratori non amplius integrum sit in propriae Dioecesis subditos ordinaria uti auctoritate.

Unum est, quod Orator flexis genibus a Sanctitate Vestra exoptulat, ut scilicet, vel litis pendentia, vel simplex recursus sit, quod utrumque in Camenecensis Curiae memorato Decreto asseritur, orator Ipse, caeterique Rutheni Episcopi tam gravi super negotio audiantur: habent enim gravissima rationum momenta, quae proferant, digna sane, quae sapientissimo justissimoque Sanctitatis Vestrae examini subijciantur. Nec sunt meri Ordinantes, aut Latinorum Episcoporum Suffraganei, sed veri Ordinarii, propriam, realem, ordinariamque exercentes, habentesque jurisdictionem.

Denique Orator instrui petit, quid sibi facto opus sit in praesentibus rerum circumstantijs, quidque cum ijs agendum Ruthenis, qui de Graeco ad Latinum Ritum, absque Sedis Apostolicae facultate, transierunt, et in posterum sunt transituri?

Quod ex gratia, quam Deus, etc.

958.

(1748)

Instantia Episcopi Chelmenensis, anno circa 1754, ut iterum prohibeatur transitus Ruthenorum ad Ritum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 461rv.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Felicianus Wolodkowicz, Episcopus Chelmenensis, Metropolitanus Russiae Coadjutor, ac Nominatus Vladimiriensis et Brestensis Episcopus, humiliter

Eminentijs Vestris exponit, Luceoriensem simulque Brestensem latini Ritus Antistitem sub die tertia proximi praeteriti Aprilis solemne vulgasse Edictum, quo saeculari Regularique suarum Dioecesium clero, in manifestam Ruthenae Ecclesiae ruinam, inque Graeci Ritus destructionem, districte praecepit, ut nedum Parochi, verum etiam Confessarij ipsi eam adhibeant curam, ne apud Ruthenos quoque contra notissimam sa. me. Clementis PP. VIII, quae incipit « *Romanus Pontifex* », Maritus aut Uxor latini ritum Graecum alterius Conjugis sequatur, quinimo Graeca uxor ritum mariti latini amplectatur, Proles autem praevaletis uxoris latinae ritum suscipiat.

Non latet sane Patres Eminentissimos praelaudatam Bullam ad Italiae Graecos ea dumtaxat ratione editam fuisse, ut cum reliquis Ecclesiae Graecae Catholicis nihil commune prorsus ipsa habeat, nec proinde Ruthenos, qui, Deo adjuvante, sub proprii ritus vivunt Pastoribus, ullatenus afficiat.

Denique Catholicorum nemo sine indignatione, nemo Schismaticorum sine scandalo audire potest, memoratum Antistitem eousque audaciae (f. 461v) devenisse, ut Pontificias praedictas literas, nulla ad id pollens auctoritate, ad Ruthenos quoque extendere non erubisset, quodque a latino Polonorum clero tanta cum diligentia Graeci ritus quaeratur eversio, quanta profecto sufficeret, ut omnes schismatum, haeresum, Judaismi, ipsiusque paganismi Sectatores jam dudum iis in Partibus ad veram fidem omnino reducerentur.

Supplicat proinde idem Orator, cumque ipso universa diu flagitat Russia, ut supremus Eminentiarum Vestrarum Magistratus, pro ea qua solet Catholicos Graecorum Ritus manutenere vigilantia, ejusmodi Latinorum conatus tandem reprimat, nec diutius patiatur Ruthenam Ecclesiam adeo vehementer perturbari, simulque jubeat ea Sedis Apostolicae publicari Decreta, quibus non semel maximoque zelo declaratum fuit, laicos Ruthenorum, absque Summi Pontificis dispensatione, nequaquam posse ad Latinum transire ritum.

Quod ex gratia, quam Deus etc. ...

959.

(1748)

Instantia Episcopi Leopoliensis ut maneat prohibitio transitus e Ritu Rutheno ad Latinum; expositio iuris et facti, cum plurimis documentis adnexis, quae temporibus diversis exarata fuerunt, et imprimis inter annos 1748-1758.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 423-25.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Quo potissimum tempore humillimus EE. VV. Orator, Episcopus Ruthenus Leopoliensis, vindicem hujus S. Sedis providentiam contra latini Camenecensis Episcopi molimina Graecum Ritum radicitus evellere conantis praestolabatur, delatum est ad Oratorem Monitorium, seu potius Inhibitio S. Nunciaturae Varsaviensis, *Summ. Num. I*, eum a munere sui partibus

retrahentis; ita ut vulneri medela unde promanare debuerat, acrius inde sit vulnus inflictum. Quidquid orator hucusque super Ruthenorum e Graeco ad Latinum Ritum transitu egerat, faciendum sibi esse putavit, ut Sacrorum Canonum Leges, Clementis et Urbani VIII, Pontificum, Decreta, ac S.mi Domini Nostri feliciter regnantis mandata in nupperrimis suis Decretalibus Epistolis exequeretur. At Camenecensis Episcopus, et cum ipso S. Nunciatura quamdam protendunt litis pendentiam, quae nunquam fuit Ruthenis significata, eo forsam animo, ut, sapientissimorum hujusmodi Decretorum executionem diffugiendo, quos malis artibus ad Latinum Ritum adduxerunt Ruthenos, deinceps retineant, novosque semper, nemine obsistente, a Ritu Graeco retrahant.

Non ea quidem S. Romanae Apostolicae Sedis, aut Latinorum Poloniae Episcoporum mens fuit paucos ante annos. Etenim Clemens PP. VIII, omnia et singula Privilegia, laudabiles (f. 423v) consuetudines, caeremonias, ipsumque Ritum ad tramites Concilij Florentini *retinere* permisit, confirmavitque. Urbanus pariter PP. VIII, sapientissimo suo Decreto expresse cavit, quominus quisquam Rutenorum ad Ritum Latinum *transeat sub paena nullitatis actus*; atque ab hujusmodi Decreto, cujus executionem Rex Sigismundus III impediabat, non recedendum esse decrevit haec ipsa S. Congregatio, *Sum. Numero II*. S.mus quoque Dominus, nobis feliciter imperans, non solum Decretalem pro Graecis Melchitis editam ad Ruthenos extendit, ac deinde in altera Decretali super Graecorum ritibus emanata disertissimis verbis transitum ad Latinos Ritus, inconsulta S. Sede Apostolica, interdixit, sed etiam datis ad Oratorem et ad Praemisliensem Ritus Graeci Antistitem literis, sub die 18 Septembris 1751, declaravit se ab ejusmodi transitu *abhorrere, upote qui non destructionem, sed conservationem Ritus Graeci summopere desideramus, Summ. Num. III*. Ijsdem verbis, eodem tempore, epistolam Praemisliensi Episcopo, super Jaroslaviensium Ruthenorum transitu, inscripsit E. et R. D. Cardinalis Archinto addens, quae sicuti perperam et contra fas fiunt, ita improbationem et remedium merentur, *Sum. num. IV*.

Ipsi denique latini Poloniae Episcopi, quum vero animarum zelo, non rixarum spiritu, aut desiderio augendi sui gregis ducebantur, eiusdem generis leges sanxerunt decernentes, ut non solum quisque suum servaret Ritum, sed etiam (f. 424) ut, qui sine Superiorum debita facultate Latinum Ritum amplexi fuerant Rutheni, ad proprium regredi cogerentur.

Ultra enim vetustiora Polonorum Episcoporum gesta, quibus aut laicos Ruthenos ab arbitrario ad Regulares Latinorum Ordines ingressu severe arcuerant, ipsosque inde dimitti praeceperant, ac ad Graecum Ritum reverti coegerant, aut omnimodam celeberrimo Urbani VIII Decreto executionem, coram Sedis Apostolicae Nuntio, circa annum 1712, Varsaviae, una cum Regularium Ordinum Capitibus, religiose sponponderunt, quam plurima extant recentiora eorundem facta, e quibus pauca veluti exuberantia nedum sufficientia brevitatis amore profert Orator. Sic Archiepiscopus latinus Leopoliensis inter eas, quas anno 1714 edidit leges, cavit ne latini Parochi ad suum ritum Latinum suscipiant Ruthenos, stante nunc ipsorum S. Unione, et ob-

stante Urbani PP. VIII Decreto, edito sub die 7 Februarij 1624 Anni; *Summ. num. V.* Nec aliter se gessit hodiernus Episcopus Vilnensis, qui cum anno 1745 nonnullos designasset egregios Viros, ut eos perquirerent Ruthenos, qui proprio Marte ad ritum Latinum transierant, ejisdem praecepit sequenti formula, ut formato de praemissa Causa Decreto Commissoriali inhibeatis auctoritate Nostra, quatenus quisque ad suum redeat ritum, nullusque (f. 424v) Parochorum audeat in posterum evocare Unitos, veluti in *Summ. Nun. VI.*

Nituntur profecto haec ipsius Poloniae Reipublicae, atque cl. me Joannis III, Regis, voluntati publicis testatae tabulis Anno 1681, quo decretum mansit, enitendum esse per ipsum Regem apud S. Sedem, ut juxta Bullam (: scilicet Decretum:) Urbani VIII, non liceat de ritu ad ritum transire pro libitu cujuscunque, ne confusio jurisdictionis nutriatur; item ne Episcopi Romani ritus immisceant se negotiis Episcoporum Ruthenorum et ne audeant dare excommunicatis protectionem, neque dari permittant; *Summ. Num. VII.*

Dolendum proinde est, quod S. Sedis Apostolicae mens, latinorum Episcoporum voluntas, ipsiusque Reipublicae Poloniae intentio, quibus libere Graeco ad Latinum ritum transitus constanter improbatus fuit, hodie a latinis Poloniae Episcopis adeo vehementer oppugnari promeruerint; magisque dolendum, quod Sacra Varsaviensis Nunciatura Camenecensis Episcopi conatibus faveat eo tempore, quo non pauca Moscorum millia in Polonia reperiuntur. Quis Schismaticorum linguas cohibere poterit, ne illis, quibuscum lingua et erroribus conveniunt, publicos ejusmodi conatus modo significant, eisque in animum inducant, ut credant, hanc unam esse Latinorum mentem, ut Ruthenum Ritum evertant, omnique ex parte destruant? Quid de schismaticorum conversione sperandum erit, si non vanus timor illis (f. 425) incutiatur, ne una cum schismate ritum quoque deserere compellatur?

Atque equidem, si voti sui compotes Latini fiant, ut laicis Ruthenis liber ad Latinum ritum pateat aditus, quod unum peti ab iis testatur S. Nunciatura, quid facturi sunt Parochi sine populo, quid Episcopi sine grege?

Itaque, si vere hoc super negotio causa pendet, supplex efflagitat Orator suo aliorumque Coepiscoporum nomine, ut facultas sua producendi jura eis concedatur. Non enim aequitas permittet, ut Causa, quae centena animarum millia, millenos millenosque Parochos, ac demum novem Episcopos Pontificiis Regalibusque bene fultos Privilegijs comprehendit, ipsis inauditis definiatur. Praecatur etiam, ut quid sibi in praesentibus rerum ac temporum circumstantiis sit agendum, significetur.

Quam gratiam, etc. etc. ...

Pro Episcopo Ruteno Leopoliensi.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 427-28.

Summarium Num. I.

Nicolaus Serra Dei et Apostolicae Sedis gratia Archiepiscopus Mitilensis, S.mi Domini Nostri D. Benedicti Divina Providentia Papae ejus nominis XIV, Praelatus domesticus, et Assistens, ejusdemque et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et M. Ducatu Lithuaniae cum facultatibus Legati a latere Nuntius.

Admodum RR. etc. Salutem in Domino etc. Noveritis expositum nobis esse pro parte et ad instantiam V. Fiscalis Consistorialis generalis Camenecensis Ritus latini, quomodo Illustris Admodum R.ndus Antonius Onufryewicz, Officialis Cath. Camenecen. Ritus Graeci uniti, sciens recursum factum ad S. Sedem Apostolicam per Serenissimum modernum Poloniarum Regem, totamque Poloniam Rempublicam, pro obtinendo libero transitu de Ritu ad Ritum Personis dumtaxat saecularibus, indecisum adhuc pendere, ipse nihilominus, hoc non attento, praetendes sibi quoddam ius ac si in fundamento Decretorum S. Congregationis nihil plane de revocandis ad nativum ritum hominibus ex ritu Latino dicentium, ac disponentium, multo magis de modo revocationis, inconsulta S. Sede, propria auctoritate, ac summe inordinata praxi plurimas Personas utriusque sexus in ritu Latino ad praesens existentes, quarum aliae ab infantia in eodem sunt educatae, aliae licet jam adultiores, ob certas tamen et rationabiles causas illum amplexae sunt, ad ritum primaevum suae originis Censuris Ecclesiasticis etiam majoribus, (f. 427v) S. Sedi reservatis, cogere et compellere, interdicto easdem subijcere non veretur, talique progressu insolito, et verius violento contemptum ritui Latino praestanti inferre, Iurisdictionum collisionem procurare, ac publicam tranquillitatem laedere nitatur. Proinde, ne aliquis exinde scandalosus sequatur eventus, praelibatus V. Fiscalis Concistorij generalis Camenecensis ritus Latini recursum ad nos fecit, humiliterque supplicavit, quatenus ipsi de opportuno juris remedio providere, literasque Inhibitionis provisionalis concedere dignemur. Nos, attenta justa petitione Ipsius cupientesque optimam in utroque ritu retinere harmoniam, expetita juris remedia provisionalia danda et concedenda esse duximus, damusque et concedimus per praesentes. Quocirca Vobis suprascriptis Executoribus in virtute S. Obedientiae, et sub excommunicationis paena mandamus, quatenus ad Instantiam dicti V. Fiscalis Concistorij Generalis Camenecen. ritus Latini personaliter accedentes, Illustrem Admodum R.dum Antonium Onufryewicz, Officiale Cathedralium Camenecen. Ritus Graeci Uniti, si commode poteritis, alias relictis praesentis Copijs in solita ipsius Residentia, cum obtestatione de dimissis, ipsi auctoritate nostra, seu verius Apostolica serio inhibeatis, et districte praeciatis, cui etiam nos serio inhibemus et praecipimus praesentibus, ne ipse sub pendentiam litis hujus in Curia Romana quovis colore, praetextu, et ingenio, tam per se, quam (f. 428) submissas et subordinatas Personas, directe vel indirecte homines quosvis utriusque sexus Latinum ritum nunc profitentes, non habita nunc expressa dispositione S. Sedis, in exercitio ejusdem interturbare, ab illo ad nativum ritum Graecum Unitum censuris Ecclesiasticis S. Sedi reservatis, ad quas publicandas nulla sibi est data potestas, cogere et compellere, tamque informiter procedere

audeat et praesumat, sub paena mille Tallerorum Imperialium, et in subsidium excommunicationis. Citantes uno eodemque contextu praefatum Illustrem Admodum Rev.dum Officiale Cathedralium Camenecensem ritus Graeci Uniti, quem etiam nos praesentibus citamus, quatenus ad instantiam praexpressi V. Fiscalis Concistorij generalis Camenecensis ritus Latini, Principalis Recurrentis, coram Nobis Tribunalique nostro Apostolico Varsaviae trigesima die ab intimatione praesen. computan. ipsa tunc juridica, alias ex tunc proxime et immediate sequen. exclusa et non computata executionis die, hora et loco audentiae Causarum fieri solitis, personaliter legitime ac peremptorie compareat ad videndum et audiendum praesentem inhibitionem suo in robore conservari, paenasque in casum contraventionis ipsum succubuisse declarari, declaratorias decerni, et extradari mandari. Ceteraque etc. Certificant. etc. In quorum fidem, etc. Datum Varsaviae, die 4 mensis novembris, 1756 Anno.

Joannes Evangelista Stefanini, Auditor et Judex generalis

(L.S.) Petrus Jastrzemski, Cancellarius.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 429.

Summ. Num. II.

In Congregatione habita die 29 Iulij, 1631 Anno. — Referente Emin.mo Domino Cardinali S. Sixti, quae Rex Poloniae respondit ad media a Meletio Archiepiscopo Polocensi Ruteno Unito, nunc vero Archiepiscopo Hierapolitano proposita pro S. Unionis propagatione, S. Congregatio auditis difficultatibus, a praedicto Rege allegatis, ob quas non est facile eicere Episcopos, et Parochos Schismaticos ab Episcopatibus, et Parochijs, auditaque simul sententia Regis perseverantis in oppugnando Decreto de prohibito Transitu Ruthenorum Unitorum ad Latinum ritum, S. Congregatio quoad difficultates circa ejectionem Schismaticorum Episcoporum et Parochorum nihil rescripsit; quo vero ad transitum Ruthenorum ad ritum Latinum, censuit non esse a Decreto alias facto recedendum; et quia Rex impedivit, et impedit illius publicationem, mandavit Nuntio Poloniae scribi, ut cum Provincialibus, praesertim Societatis Jesu, officia aliis Nuntijs ordinata repetat, videlicet, ut illi confessarios suarum Religionum admoneant ex parte S.mi Domini Nostri, et S. Congregationis, ut abstineant a reductione Ruthenorum Unitorum ad Ritus Latinum.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 430.

Summ. Num. III.

Benedictus PP. XIV. — Venerabiles Fratres salutem et Apostolicam Benedictionem. — Vestrae ad Nos delatae sunt litterae scriptae 7 Iulij, in quibus merito conquaerimini de transitu Ruthenorum a Ritu Graeco ad Ritus Latinum. Uti bene nostis VV. FF., nostri Praedecessores hos transitus abhorruerunt, et Nos ipsi abhorremus, utpote qui non destructionem sed conservationem ritus Graeci summopere desideramus. Specialiter de prohi-

bendo transitu Ruthenorum actum est coram nobis anno 1748, sed nulla fuit capta resolutio sub optutu resistantiae factae a Rege Poloniae Decretis Urbani VIII, in quibus transitus fuerat prohibitus. Quam primum materia reassumetur, omnem lapidem movebimus, ut nedum finali Decreto transitus prohibeatur, sed etiam ut Decretum sua non careat executione. Et interea vobis VV. EE., et gregibus vestrae curae commissis Apostolicam Benedictionem peramanter impertimur. Datum Romae, apud S. Mar. Mai. die 18 Sept., 1751 Anno, Pontificatus Nostri Anno decimo quarto. — Venerabilibus Fratribus Episcopis Premisliensi et Leopoliensi. — Leopolim.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 431.

Summ. Num. IV.

Perillustris et Rev.me Domine Obseq.me. — Ex literis Rev.mae Dominationis Vestrae non sine animi aegritudine intelligo quid a PP. Societatis in Dioecesi sua fiat, et quid a Rectore Jaroslaviensi proxime factum fuerit, qui duos Juvenes Narolski ad Latinum Ritum, et ad Societatem ipsam attraheret; quae sicuti perperam et contra fas fiunt, ita improbationem, ac remedium merentur. Itaque ea de re diligenter scribam ad S. Congregationem et praedictum P. Rectorem graviter monebo, ne quid simile audeat in posterum. Et Dom. Vestrae Rev.mae fausta quaecunque ac fortunata ex animo adpraecatus, sincero cultu maneo. Dresdae, 18 Sept., 1751 Anno. — Perillustris et Rev.mae Dom.nis Vestrae — Peraddictus servitor.

A. Archiepiscopus Nicaenus.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 432.

Summ. Num. V.

I.

Ecclesiastici Rutheni,⁶⁴ Diaconi, Praesbiteri, Monachi, omnesque qui in obsequijs Ecclesiasticis existunt actualiter cum S. R. E. Uniti, ijsdem Privilegijs, libertatibus gaudent, quibus sacerdotes Latini ritus gloriantur, ita ut quicumque illos violentiis molestaret, oneribus gravaret, ad vectigalia et contributiones ex Fundis Ecclesiasticis cogeret, in excommunicationem ab Ecclesia Dei cautam incidat.

II

Neminem Ruthenorum a proprio Episcopo, aut ejus Officiali excommunicatum Praesbiteri Nostri a Nobis vel nostro Officio praemoniti ad Ecclesias, divinaeque officia admittant; similiter a nobis nostroque officio excommunicati non suscipiantur ad Ecclesias Ruthenorum, praemonito super his ipsorum Episcopo.

III.

Neque Ruthenos Infantes nostri Praesbiteri, neque Infantes latinos

⁶⁴ Joannes Skarebek, Archiepiscopus Leopoliensis Latinorum (1711-1733).

Praesbiteri Rutheni baptizandi facultatem habeant, excepto casu periculi mortis.

IV.

Infantes ritu respectivi Parentis baptizari, ut et funeralia respectivo ritu peragi debent, absque ulla alterutrius ritus Parochorum praepeditione, quorum jura et jurisdictiones intactas manere oportet.

V.

Sive Latinus Ruthenam, sive Ruthenus Latinam in vitae sociam ducere intendat, denunciationes in alterutra Ecclesia (f. 432v) Parochiali fiant, ac testimonio alterutrius Parochi roborentur; Matrimonia tamen contrahantur coram Parocho mulieris, iuxta antiquissimam consuetudinem; neque vir ad suum ritum trahat mulierem, et viceversa, uxor ad suum ritum non trahat maritum.

VI.

Parochi latini matrimonijs Ruthenorum, et Rutheni Parochi matrimonijs Latinorum assistere nequeant; hujusmodi enim matrimonia juxta Concilium Tridentinum essent nulla.

VII.

Latini Parochi ad suum ritum Latinum non debent suscipere Ruthenos, stante nunc ipsorum S. Unione; qui autem ante Unionem transierunt ad ritum Latinum, in illoque perseverant, manere debent in eodem, juxta declarationem supremi Pastoris Urbani VIII, sub die 7 Februarij anno 1627 emanatam.

VIII.

Rutheni Praesbiteri nequeunt confessiones Fidelium latinorum excipere sine facultate et approbatione nostra, vel nostri officij, uti pari modo latini Praesbiteri non possunt Fidelium Ruthenorum confessiones excipere, nisi de expressa facultate proprij eorundem Episcopi, aut ejus officij. In casu periculi mortis, deficiente Presbitero respectivi ritus, licet uti quocunque sacerdote.

IX.

Nemini vagabundo Praesbitero cujuscunque Ritus in Ecclesijs Latinorum et Ruthenorum permittatur Missarum (f. 433) celebratio, aliorumque Sacramentorum administratio. Si quis autem horum in aliqua Parochia reperiretur, et Sacra celebrare in Ecclesijs Dei vel domibus privatis praesumeret, ad officium, cui subest, deferatur.

X.

Denique, Praesbiteri nostri latini propter firmandam S. Unionem maxime studeant omnem amicitiam ac reverentiam servare ad invicem cum Praesbiteris Ruthenis, et in Divinis Officijs mutuam humanitatem atque officia sibi praestent.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 435.

Summ. Num. VI.

Illustribus Admodum RR. DD. Commissarijs nostris ad negotia utriusque

Ritus Delegatis, Fratribus observandis. — Venientes huc Novogrodeco Admodum RR. Commissarij Ill.mi Domini Metropolitanæ significarunt nobis, quod Dominationes Vestrae super redeundis ad proprium Ritus se excusent, non habita a nobis decisiva potestate. Non opus fuerat in his scrupulum habere; etenim tam Urbani VIII Decretum, quam etiam moderni Sanctissimi expresse hoc sententiavit. Proinde intimamus Admodum RR. DD. Vestris, ut formato de praemissa Causa Decreto Commissoriali, inhibeat auctoritate nostra, quatenus quisque ad suum ritum redeat, nullusque Parochorum nostrorum audeat in posterum avocare Unitos, insistendo hoc in puncto Bullis Summorum Pontificum, et decisioni DD. Vestrarum. His expressis me subscribo. — Illustrium Admodum RR. DD. Vestrarum — Obseq. mus et Servus addictissimus — Michael, Episcopus Vilmensis mp. In Verca, die 16 Julij 1745.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 434rv.

Num. VII. Summ.

Nos infrascripti a Serenissima Regia Majestate Joannis III, Dei gratia Regis Poloniarum, M. Ducis Lithuaniae, Russiae, Prussiae etc. ad hunc Actum delegati declaramus, etc. et in primis: Ritus Graecus, ut ab initio in Synodis per Patres Spiritu Sancto instructos est ordinatus, a S. Sede Apostolica approbatus, et pro Sancto quoque ac Ritus Romanus semper judicatus, ut in integro suo statu in perpetuum maneat; Beneficia Ecclesiastica etc. ex tam pio motivo status Reipublicae, auctoritatem suam interponere dignabitur S. Regia Majestas ad Sanctissimum Dominum, ut juxta Bullam Urbani VIII non liceat de ritu ad ritum transire pro libitu cujuscunque, ne confusio Iurisdictionum nutriatur. Item ne Episcopi ritus Romani immisceant se negotijs Episcoporum ritus Graeci, nec audent excommunicatis protectionem dare, neque dari premittant. Pari modo, ne Collatores etc. idem declarant Ill.mi et Magnifici Domini Delegati ad hunc Actum, praecipue Ill.mus Dominus Palatinus Kjoviensis, Ill.mus Dominus Marescalcus Curiae Regni. Propter vero meliorem hujus Constitutionis auctoritatem, et expressam S. Regiae Majestatis Domini Nostri Clementissimi voluntatem, proprijs manibus subscribimus, et sigillis confirmamus. Actum Varsaviae, die 18 mensis Martij, tempore Comitiorum generalium, Anno 1681. — Joannes Stanislaus Vitvicki, Episcopus Kjoviensis, ad hunc Actum a S. R. M. delegatus. — Andreas Potocki, Palatinus Cracoviensis. — Stephanus in Czenichov Niemierzyc, Palatinus et (f. 434v) generalis Terrarum Kjoviensium. — Stanislaus Jablonski, Palatinus, et Generalis Terrarum Russiae, Exercituum Regni Dux, ad hunc Actum a S. Regia Majestate delegatus. — Franciscus Sigismundus Galecki, supremus Curiae Regni Praefectus, manibus proprijs. — L.S. —

960.

1749.

*Instantia ut inhibeatuꝛ ambitio dignitatum in Ecclesia Unita.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 532rv, 535.

Beatissime Pater.

Procurator Generalis Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum mandatis obtemperando PP. Proto-Archimandritae, et Consultorum Generalium ejusdem Ordinis, Sanctitati Vestrae humillime exponit necessitatem cohibendi ambitum Monachorum Praelaturas Ecclesiasticas ambientium, non sine gravissimo disciplinae monasticae praejudicio.

Ex immemorabili consuetudine Ecclesiae ad Dignitates Ecclesiasticas nonnisi ij promoventur, qui solemniter professionem Monasticam emiserint. Monachi autem Congregationis S. Basilij M. Ruthenorum praeter solita tria vota solemnia, quartum emittunt, quo vovent, se Praelaturas Ecclesiasticas non acceptaturos, nisi de consensu sui Superioris Generalis. Inde vero factum est, ut cum Rev.mus Metropolitanus totius Russiae praesentare deberet Serenissimo Regi eos, qui promovendi erant ad Episcopatus, requirere soleret a Proto-Archimandrita, et Consultorio, quos hi dignores existimarent; et ita creabantur Episcopi nil tale cogitantes. Praesenti tamen saeculo, cum aliquantum intercedisset probatissima haec consuetudo, S. B. Benedictus PP. XIII, ad instantiam Procuratoris Generalis tunc temporis Romae comorantis,⁶⁵ inhabiles ad quascumque Dignitates obtinendas declaravit omnes, et singulos Monachos, qui sine expresso Superioris Generalis, seu Proto-Archimandritae pro tempore existentis, et memorati Ordinis consensu sibi Archiepiscopatus (f. 532v), Episcopatus, Archimandrias, aut quascumque alias Dignitates procurarent, prout legere est in annexa copia Brevis ejusdem Summi Pontificis, eruta ex regeſtis Secretariae Brevium.⁶⁶

Ad hoc autem ut Proto-Archimandritae pro tempore liberum non esset, cuicumque Monacho consensum praebere, sive dignus ille sit, sive indignus, Constitutione aedita in Capitulo Generali Dubnensi, celebrato anno 1743, cautum est, ne ii Monachi, qui Alumnatibus gavisus sunt in Collegiis Pontificijs, ad ullam Dignitatem aut officium promoveantur, quousque per sex saltem annos sive docendo in scholis, sive ex ambone praedicando, sive alio quovis modo in Religione absque omnibus Officijs non laborabunt, et non merebuntur. Qui vero ad transcendendam hanc Constitutionem exportabunt pro se, quantumvis maximas instantias, eo ipso ad quaevis officia reddantur inhabiles.

Non obstante tamen praeſtato Brevis Benedicti XIII, et Constitutione

⁶⁵ Patritius Zyrawskyj, Procurator in Urbe (1726-1729).

⁶⁶ Cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag 58, nr. 670, sub dat. 16.XII.1728.

Capitulari, adhuc latus nimis ambientibus patet aditus; se enim praesentari curant ad Archimandrias a Patronis laicis, et a Serenissimo Rege ad Episcopatus, sine ulla participatione P. Proto-Archimandritae, et sine ejusdem consensu benedictionem vel respective consecrationem suscipiunt; vel saltem ab invito talem extorquent consensum mediantibus Magnatum Regni, et Rev.mi Metropolitae invincibilibus sollicitationibus.

Cum itaque huic malo opportuno remedio providendum esse videatur pastorali vigilantia, et zelo Sanctitatis Vestrae, Procurator Generalis humillime supplicat, quatenus dignetur demandare, ut in expediendis prope diem literis Apostolicis favore electi Metropolitae,⁶⁷ in ea parte, ubi juxta Privilegium san.mem. (f. 535) Clementis PP. VIII, ei conceditur facultas consecrandi Episcopos pro Ecclesiis Vacantibus, talis apponatur Clausula, qua prohibeatur, quominus neminem consecret, nisi legaliter ei constiterit de consensu Promovendo praestito a P. Proto-Archimandrita Ordinis S. Basilii Magni Ruthenorum.

Hoc pacto confidunt P. Proto-Archimandrita, et Consultorium Generale Ordinis fore, ut eorum deprimatur ambitus, qui nimis celerem promotionem affectant, digniores promoveantur ad Archimandrias, Episcopatus, et Archiepiscopatus; Metropolitae vero non solum rationabili obice importunas Magnatum sollicitationes eludat, sed ipse omnes Hierarchiae Ruthenae Dignitates suis consanguineis, affinibus, clientibus, aulicisque non conferat, prout non inani conatu nuper defunctum Metropolitanum tentasse Sanctitati Vestrae est in comperto.

Quod si sublimi penetrationi, ac menti Beatitudinis Vestrae non satis aptum videretur tale remedium, supplicat Orator, ut dignetur alio meliori, et efficaciori remedio serpentem jam nimis ambitum extirpare. Quod ex gratia, etc. etc. ...

961.

1749.

Ut inhibeatur facultas testandi Archimandritis et Episcopis unitis, qui ex caetu monastico proveniunt.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Particolari*, a. 1748, vol. 103, f. 544-45v.

Beatissime Pater.

Januarius Znoiowski, Ordinis Sancti Basilii Magni Congregationis Ruthenorum Procurator Generalis, nomine, et jussu P. Protoarchimandritae, et Consultorii Generalis ejusdem Ordinis, vere pastorali S. V. zelo exponit,

⁶⁷ Florianus Hrebnyckyj (1748-1762); cfr. Bullam provisionis in *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 112, nr. 716, sub dat. 16.XII.1748.

gravissimum abusum, qui inter ejusdem Ordinis Abbates irrepsit de bonis, quae post emissam monasticam Professionem, ac fortasse ex ipsis Abbatialis mensae redditibus adepti sunt, testandi in sui obitu.

Non hic loqui fas est de Rev. mis Episcopis, qui cum Episcopalibus Ecclesiis, vel adeptas antea Archimandrias retinent, vel postque promotionem ad Episcopatum, eas sibi conferri curarunt, sed tantum de meris Abbatibus non Episcopis.

Non latet Sanctitatem Vestram in Ecclesiam Graecam numquam inventum fuisse morem Commendarum, quae frequentissimae sunt in Ecclesia latina, et justis quidem de Causis; itaut Abbates, qui a Graecis Archimandritae vocantur, sint veri Monasteriorum Superiores actuales. Nulla etiam in talibus Monasteriis facta umquam est Mensarum Abbatialis, et Claustralis divisio et sic iisdem redditibus Archimandritae, et Monachis victus, amictus, caeteraque ad vitam ducendam necessaria debent comparari.

His tamen non obstantibus, nonnulli Archimandritae, vel proprie testamenta conficiunt, vel monastice illudentes Professioni, et Paupertati, ita ante sui mortem rerum, quas habent, descriptionem conficiunt, ut hanc rem uni, illam alteri, quasi (f. 544v) specie legati donent (Luculentissimum hujus rei testimonium praesertim R. P. annexa Copia dispositionis factate a P. Innocenti Lipnicki, Abbate Owrucense, hoc anno defuncto in mense Aprilis; n. 1. L. G.) et quamvis dispositiones ita conficiant, ut rerum suarum descriptio potius quam testamentum videantur, descripta tamen bona nec Pr. Generalis, nec Provincialis vindicare ullomodo possunt ex manibus consanguineorum defunctorum Abbatum, penes quos ea ipsi deposuerunt dum viverent. Hinc vero potissimum provenit Monasteriorum perpetua paupertas, ita ut, ubi prius triginta, aut etiam quadraginta Monachi Deo famulabantur, vix modo quatuor, aut quinque Monachi reperiantur, nec studia monastica in talibus abbatialibus Monasteriis erigi queant.

At longe graviora damna monasticae disciplinae inferuntur e ipsa nonnullorum Archimandritarum vivendi ratione, torqueos aureos, aureasque Cruces pectori appendunt (loc. cit. lit. A, et E.), annulos lapillis pretiosis, et adamantibus ornatis (ibid. Lit. B.) digitis micant, sericeis induti vestibus incedunt (ibid. Lit. D.), non ad commodum, sed ad luxum decem, duodecim, ac plures etiam equos sustentand (ibid. Lit. E.), plus gaudentes de equorum numero, et splendore quam Monachorum alimonia, et disciplina. Integros Archimandritae redditus percipiunt, et in proprios usus convertunt; in alimoniam autem Monachorum vix parum siliginis hordei, et millis tradunt. Hujus rei testimonium prebet (f. 545) ordinatio a P. Leone Szepticki, Abbate Mielecensi facta, et quae exhibetur sub n. 1, litt. H. Porro, Mielecense Monasterium redditum annuum scutorum fere bis mille habet. At Pater Abbas pro quolibet mense Monachis assignat siliginis modium unum, et unum sibi, frumenti dimidium modii Monachis, tantumdem sibi; fagopyri Monachis dimidium modii, sibi modium unum cum dimidio, et ita quamvis in tali

monasterio facta umquam sit mensarum divisio, plus quam medietatem reddituum propriam sibi facit.

Nimio etiam fastui RR. Abbatum obviari in votis est Patri Proto-Archimandritae, et Generali Consultorio, prout eruitur ex quodam articulo Instructionis ab eisdem ad Oratorem transmissae, quamvis in causa jamdiu vertente (cui scilicet competat immediata super dictos Abbates Jurisdictio, Generali ne Ordinis, an Rev.mo Metropolitanò, et cui per Sanctitatem Vestram finis imponi quantocitius, deprecatur Orator), talis autem articuli copia humillime huic supplicationi adjungitur, *sub n. 2.*

Enunciatis itaque abusibus, ac noxiae potissimum testandi per Abbates licentiae, humillime rogat Orator ut aliquis per Sanctitatem Vestram ponatur modus, ne monastica disciplina, ipsaque Monasteria pessumeant absque ulla spe reparationis. Quod ex gratia, etc.

962.

1749.

Recursus cleri saecularis contra Basilianos de retentione Cathedralium ecclesiarum et paroeciarum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Pol. e Ruteni*, vol. 7, fol. 146-147v.

B.mo Padre,

Li Vescovi, ed il Clero Secolare Ruteno delle Diocesi di Premislia, e Leopoli, ed altre à queste unite, Oratori Umilissimi di Vostra Santità, l'esposero già ossequiosamente il danno, che soffrivano per parte de Monaci Basiliani del medesimo rito della Provincia di Pollonia per le usurpazioni fatte della maggior parte delle Chiese Cattedrali, e di molte Parocchie, le quali dalla loro prima Fondazione appartengono al Clero ricorrente. Fu il ricorso umiliato à Vostra Beatitudine nell'Anno 1748, in occasione, che dovea proporsi la Causa pendente tra le due Provincie de sudetti Monaci sopra alcuni Monasterj, perchè avendo la Provincia di Pollonia esibito il Catalogo de' Monasterj, che la compongono, vi avea connumerato le Cattedrali, e Parocchie usurpate sul Clero Secolare. Si degnò Vostra Beatitudine di ordinare al Vescovo di Zenopoli, che tra le altre cose prendesse informazione sul ricorso sudetto, e perciò gli Oratori hanno al medesimo Vescovo esibito i Documenti, che evidentemente dimostrano, che le Cattedrali di Leopoli, Alicia, Caminietz etc. spettano al Clero Secolare, che per esso sono state fondate, essendovi eretto il Capitolo, e che sono state occupate dalli Monaci contro le Leggi dell'una e dell'altra Chiesa, Latina, e Greca.

Ne sono di natura diversa le Chiese Parocchiali Buznoviense, Zulkieviense, e quasi tutte le altre, le quali in oggi sono detenute dalli sudetti Monaci: Poiche quando anche i Monaci asserissero di esservi stati introdotti dalli Vescovi, ciò sarebbe stato contro i Canoni de' Sinodi Nazionali, e contro la disciplina del Concilio di Trento, il quale proibisce, che alli Regolari si

conferiscano le Parocchie in titolo, senza la dispensa Pontificia; sicche conferendosi ad essi solamente in *Administrationem*, la collazione e temporanea, non dà verun titolo di possesso al Regolare, e s'intende, che debba durare sino à tantoche si trovino sacerdoti secolari capaci (f. 146v), delli quali non ne mancano nelle due Diocesi di Premislia, e Leopoli.

Inoltre, quando li Vescovi di Vladimiria, Luceoria, Chelma, Leopoli, e Premislia inerendo alla determinazione del Sinodo di Zamoscia manumisero i Monasteri delle loro diocesi nel Capitolo tenuto in Leopoli l'anno 1739, acciò potessero unirsi in Congregazione sotto l'ubbidienza del Proto-Archimandrita, fecero la seguente dichiarazione, che si legge nella Sessione 2da: *hac sola adiecta conditione, ut si forte aliqua Monasteria particularia ob insufficientem sui foundationem tolli deberent, Fundi eorum ad dispositionem loci Ordinariorum redeant, et Ecclesiis Parochialibus applicari possint.* Di poi la Santità Vostra nella sua sapientissima Decretale, la quale incomincia « *Inter plures* », *Huic autem*, conoscendo, che in alcuni Monasterj della Provincia di Pollonia appena possono sostentarsi due, o tre Monaci, ordinò secondo il prescritto de Sagri Canonj: *plurium Monasteriorum unionem faciendam esse, donec in singulis Monasterijs decem, vel saltem octo Monachi commode congregari valeant.* Ma colludendo i sudetti Monaci alla giustissima disposizione di Vostra Beatitudine per non lasciare al Clero Secolare apertura veruna d'introdursi nelle Chiese, che essi avrebbero dovuto abbandonare, hanno affigliato i Monasterj piccioli alli più pingui, lasciando, che ivi restino due, o tre Monaci, dai quali non può osservarsi la vita comune.

Essendo pertanto prossima la decisione della divisata causa pendente trà le due Provincie, ed avendo il Provinciale di Pollonia espresso nel catalogo de Monasterj pretesi appartenere alla sua Provincia, non solamente i Monasterj piccioli, che in vigore della Decretale di Vostra Beatitudine doveano abbandonarsi, ma ancora le Chiese Cattedrali, e molte Parocchie, le quali appartengono al Clero Secolare, gli Oratori supplicano (f. 147) la Santità Vostra degnarsi di non approvare il sudetto Catalogo.

Che se non piaccia à Vostra Beatitudine di assumere presentemente l'esame delle ragioni degl'Oratori, supplicano, che si degni almeno di preservare espressamente i diritti de' medesimi acciò lo Provincia di Pollonia non alleghi un'approvazione tacita, e presunta di tutti li Monasterj descritti nel Catalogo da essa esibito. E perciò che si apponga la Clausula: *Salvis juribus Episcoporum, Cleri Saecularis super assertis Monasterijs, et Ecclesijs descriptis in Cathologo, exhibitò a Provinciali Provinciae Poloniae.* Che della grazia etc. etc. ...

Alla Santità di Nostro Signore PP. Benedetto XIV (f. 147).

Per Li Vescovi, e Clero Secolare Ruteno delle Diocesi di Premislia, Samboria, Leopoli, Caminietz, Alicia etc. ...

963.

1749.

*Pro dispensatione ab impedimento bigamiae.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 309.

Beatissime Pater.

Joannes Serednicki, Ritus Rutheni, Dioecesis Premisliens., humillimus S. V. orator, exponit: qualiter continuis impulsibus ad statum Ecclesiasticum vocatum se sentiens, ut pro suo ardenti desiderio curae animarum sedulam navare possit operam, cumque ad ejusmodi statum omni ex parte idoneus, solo bigamiae impedimento irretitus maneat, hinc enixe supplicat, ut de plenitudine Potestatis Apostolicae S. V. cum oratore super dicto impedimento benigne dispensare dignetur. Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc. ...

964.

1749.

*Licentia dispensandi ab impedimento defectus natalium in Eparchia Mukačoviensi.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 311.

Eminentissimi et Rev.mi Domini.

Georgius Blasovski, Episcopus Agriensis in Hungaria ritus Rutheni, humillimus EE. VV. Orator, pusillo gregi suo, in clientela tamen et tutela Oecumenici Pastoris constituto prospicere, eumque a Lupis rapacibus nempe Schismaticis praeservare cupiens, inter alia illud in sua dioecesi patitur incommodum, quod nec Presbyterorum habeat sufficientiam, nec facile inveniantur qui ad id muneris sint idonei. Cum vero novissime reperti fuerint quatuor candidati ad Presbyteratum aspirantes, exacta habilitate praediti, sed defectu natalium laborantes, hinc est quod orator enixe supplicat pro imperitienda sibi facultate in ordine ad dispensandum cum illis super defectu natalium, ne Plebs orbata suis sacerdotibus et Sacramentorum ministerio desciscat ad schismaticos. Quod ex gratia, etc. Quam Deus, etc. etc. ...

965.

1749.

*Instantia Canoniorum Regularium ut ipsis concedantur alumnatus pontificii Basilianorum in Collegio Vilnensi et Brunsbergensi.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 317rv.

Beatissime Pater.

Michael, Episcopus Vilnen., Generalis Canonorum Regularium Beatorum Martyrum de poenitentia, et Michael Demetrius Antoniewicz, Praepositus infulatus eorundem Canonorum, totusque ipsorum Ordo a Sancta Sede approbatus, intra solam Poloniam, et Littuaniam contentus, humillimi Sanctitatis Vestrae Oratores, omni obsequio exponunt, quod praedictus ipsorum Ordo extremam patitur miseriam ob carentiam subjectorum, ortam praecipue ex defectu studiorum, utpote miserrime fundatus, et ubique cum cura animarum nullibi habens studium. Quare Oratores praedicti, pro sublevando utcumque hoc Ordine, supplicant humillime Sanctitati Vestrae, ut pro tractandis studiis admittantur ex illis duo in alumnatu Sanctitatis Vestrae Vilnen., et alii duo in Brunsbergensi, Dioecesis Varmien., sine ullo praedjudicio Cleri saecularis, qui ex liberalitate Sanctae Sedis ibidem sub cura Societatis Jesu alitur, et in virtute, ac studiis excolitur; sed loco quatuor Basilianorum ritus Graeci sint duo ex praedictis Canonicis in utroque alumnatu, et pariter duo in utroque Basiliani; praesertim cum hi jam habeant duas ibidem provincias, suum Generalem, et plura Collegia Studiorum, unde non videntur indigere hac saltem (f. 317v) ita ampla Sedis Apostolicae gratia. Canonici vero Ritus Latini in summo pauperes, nec ullum professorem habent, Parochialium vero Ecclesiarum ut plurimum curam gerunt. Quare supplicant cum suo Generali humiliter Sanctitati Vestrae pro gratia praedicta, ut ita possint in spiritu, et studiis juvari, ac suo tempore intra sua Claustra studia aperire, nec non in Spiritu, et veritate Deo, Sanctae Sedi, et Propagandae Fidei, cum Parochi sint, inservire. Quam gratiam, etc. etc. ...

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 318.

Giacchè Vostra S. Ill.ma giudica di non poter escludere i Basiliani, si supplica acciòchè possino entrar i Canonici in luogho de' Moschoviti, chiamati nell'erezzione del Seminario di Vilna e Bromsberga, i quali non possono venire, impediti dal governo tirannico di Moscovia. E se i sudetti Canonici non possono esser ammessi per sempre, si supplica acciò che s'ammettano ad tempus.

966.

1749.

Eiusdem argumenti.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 319-320v.

Il Vescovo di Vilna, Generale de Canonici Regolari de BB. Martiri della Penitenza, ed il Preposito di quest'Ordine, approvato dalla S. Sede per la sola Polonia, e Lituania, esponendo la scarsezza dei soggetti versati ne studj, che hanno nel loro Ordine, a cagione dell'estrema Loro povertà, fanno istanza, che siano ammessi due di essi al Collegio Pontificio di Vilna, ed

altri due in quello di Brunsberga, in due dei quattro Luoghi, che in ciascuno dei detti Collegi godono i Basiliani Ruteni, i quali essendo in oggi diffusi in due Provincie col loro P. Generale, hanno i Collegj di studj, e non hanno il bisogno medesimo degli Oratori, i quali non avendo alcun Professore, supplicano di tal grazia, per poi col tempo istituire nel loro Ordine i studj.

Sopra di che si risponde, che il Collegio Pontificio di Vilna in Lituania fu istituito da Gregorio XIII per i (f. 319v) Giovani Ruteni, e Moscoviti, il numero dè quali per lo più è stato di venti preti dalla Lituania, Russia, Samogizia, Livonia, e Curlandia, con un assegnamento dalla S. Sede di Mille duecento scudi d'oro. I Basiliani Ruteni da longhissimo tempo occupano quattro luoghi nel detto Collegio.

Quello di Brunsberga, Diocesi di Varmia nella Prussia Reale, fu parimente eretto da Gregorio XIII, e benchè dall'Erezione non si comprenda ne il numero degl'Alumni da alimentarsi, ne le Nazioni, e Provincie, dalle quali debbano desumersi, tuttavia si rivela dalle memorie dell'Archivio di Propaganda, essere il numero stato regolarmente di ventiquattro presi per ordine di essa Congregazione dalla Svezia, Gothia, Wandalia, Norvegia, Moscovia, Russia, Dania, Pomerania, Prussia, Livonia ed Ungheria; tra i quali Alumni Basiliani Ruteni godono quattro luoghi, e la S. Sede somministrava per questo Collegio mille duecento scudi d'Oro.

Tanto ai suddetti due Collegj, quanto a tutti (f. 320) gl'altri Pontificii è stato dalla Santità Vostra sospeso l'assegnamento.

Intorno adunque all'ammettere i ricorrenti nei luoghi dei Basiliani Ruteni, si motiva, che nella Costituzione della Santità Vostra de 7 Maggio 1744, su gl'affari di detti Monaci si stabilisce: « Quod vero ad Alumnatus, cum duo ex ipsis constituti sint in Collegio Urbano de Propaganda Fide; duo autem in Collegio Graeco de Urbe ab Urbano Papa VIII concessi; *alii vero in aliis Collegiis extra Urbem assignati reperiantur, statuimus, quod huiusmodi Alumnatus ad utramque Provinciam spectare deinceps censeantur, atque inter earundem Alumnos aequaliter dividantur, etc. etc.* » ...

967.

1749.

Pro applicatione spoli Episcopi Leopoliensis in erectionem Seminarii eparchialis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 415-416.

Beatissime Pater.

Antonio Lewinski, Vicario Generale della vacante Chiesa Ruteno-Unita di Leopoli, con umilissimo ossequio rappresenta alla Santità Vostra, che dal fu Monsignor Atanasio Szeptycki, Vescovo di Leopoli e Metropolitano de' Ruteni, fu con suo ultimo Testamento lasciata la somma di 12 mila Scudi Romani, per la Fabrica della Chiesa Cattedrale di Leopoli, da esso medesimo

poco tempo avanti alla sua morte fatta gettare a terra, perchè ignobile, col fine di riedificarla di muro, e con ciò renderla più stabile, e più decorosa per li Divini Ministerj.

Dopo la di lui morte fù la suddetta somma consegnata all'Oratore dà Monsignor Onofrio Szumlanski, Vescovo di Premislia ed Amministratore della vacante Chiesa di Leopoli, ad oggetto di fare accennata Fabbrica, ma avendola egli impiegata in capitali sicuri, e fruttiferi col consenso del medesimo Vescovo Amministratore, col fruttato di questi pagati anticipatamente secondo il costume del Paese, e con altri mezzi ha cominciato e quasi già perfezionato la Fabbrica della Cattedrale, senza punto diminuire la suddetta somma di 12 mila scudi.

(f. 415v) Sottopone pertanto l'Oratore alli clementissimi riflessi di Vostra Beatitudine lo stato infelice in cui al paro degli altri trovasi il Clero Secolare Ruteno della diocesi di Leopoli per mancanza di Seminario diocesano, in cui possano istruirsi li chierici, per poi promoverli alle Parochie. Alla quale mancanza si aggiunge che quelli li quali sono educati nel Collegio Pontificio di Leopoli, prendono per lo più l'abito monastico di San Basilio, ed in esso professano, e con ciò il Clero Secolare resta sprovvisto di soggetti capaci per le Parochie.

Supplica perciò l'Oratore la clemenza di Vostra Santità degnarsi di applicare la suddetta somma o pure li rispettivi Capitali, nè quali è stata impiegata, all'erezione del Seminario Diocesano di Leopoli o pure al Collegio Pontificio de Ruteni di Leopoli, coll'obbligo però di alimentare colle rendite di tal somma e capitali quel numero di Alunni, privatamente per la diocesi di Leopoli, quanti potranno mantenersi colle suddette rendite.

Ed a fine, che il Clero Secolare non sia frustrato del Benefizio di tali Alunni, supplica l'Oratore che li medesimi siano tenuti di fare un Giuramento, con cui si obblighino di abbracciare la vita ecclesiastica, di servire la Diocesi di Leopoli sotto l'obbedienza dell'Ordinario, e di non prendere giammai l'abito monastico, come le fanno quelli di Premislia.

Questo stabilimento poi pare necessario, che debba farsi nella presente vacanza di Leopoli, poichè trovandosi la suddetta somma in essere e non applicata ad alcun fine determinato, potrebbe dal nuovo Vescovo distraersi in proprio profitto o in altri usi (f. 416), o niente proficuo alla Chiesa, ed al Clero, o assai meno vantaggiosi, di quello possano essere li suddetti Alunni, de' quali ha un estremo bisogno il Clero Secolare Ruteno. Che della grazia, etc. etc. ...

968.

1749.

Instantia Metropolitanae Kioviensis ut commendentur res Unionis, ne a Commissione ad hoc designata cedantur ecclesiae Unitorum.

APF, *Scritt. rif. nei Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 7, f. 426-427v.

Il Metropolitanato di Russia con fondamento asserisce, che per evitare il

pericolo di perdere da circa 300 chiese della sua Diocesi, gli è necessaria l'alta protezione della Santa Sede, essendo impossibile, che da se stesso possa resistere agli attacchi de Scismatici sostenuti dalla formidabil Potenza de Moscoviti, e se avesse aggiunto, che corrono il medesimo pericolo le Diocesi intiere di Premislia, Leopoli, e Luceoria non avrebbe certamente esagerato, imperocche se egli, o la Provincia di Littuania de PP. Basiliani perde una sola Chiesa, o Monasterio di queglii, che hanno abbracciato l'Unione, sebbene in virtù dei Trattati conchiusi colla Moscovia dovevan restare nello Scisma, per parità di ragione si potrebbe anche perdere le Diocesi intiere di sopra mentovate per esser anche quelle comprese negli stessi Trattati, e dissegnate per viver sempre nello scisma. Che se li scismatici non le dimandano esplicitamente lo fanno per politica, per non allarmare tutto il zelo della Repubblica Polacca, e perciò malitiosamente si restringono a ripetere solo alcune Chiese adducendo nondimeno, che siano state tolte ai Scismatici contro il tenor dei Trattati; ma ottenute ch'avessero queste, estenderebbero le loro insolenti dimande anche a tutto il resto, che si comprende nei medesimi. Che però è onninamente necessario, che Nostro Signore col consueto paterno suo zelo, e coi suoi autorevolissimi uffizi appoggi presso del Re di Polonia (f. 426v) e della Repubblica le giuste premure del Metropolita di Russia, acciò non sia esposta l'integrità di quella Chiesa all'incertezza di qualsisia commissione; tanto più che si può giustamente temere, che i Vescovi Uniti, e i Religiosi Basiliani non possano così facilmente provare, che le conversioni di molte delle Chiese pretese dai Scismatici siano state totalmente libere, essendosi servito spesse volte il zelo della Nobiltà Cattolica Romana del « Compelle intrare » della Parabola dell'Evangelio. Ciò postosi, stimarebbe opportuno.

1. Che Nostro Signore scrivesse una lettera efficace al piissimo Re di Polonia,⁶⁸ acciò protegga validamente le Chiese unite, non permettendo, che siano esposte al pericolo d'una decisione poco favorevole, non essendo dicevole, che le anime una volta entrate nell'ovile di Cristo debbansi di bel nuovo rimettere nelle fauci dei lupi voraci, ne si deve temere, che proteggendo fortemente la Causa di Dio, debba poi il Signore abbandonare la Repubblica, il Regno, e la Maestà Sua a qualche traverso.

2. Sarebbe opportuno di spedire un Breve al Primate, e Vescovi, Senatori del Regno per raccomandarli efficacemente questo affare.

3. Scrivere a Monsignor Metropolitanato di Russia, *ne erubescat Evangelium*, e coraggiosamente resisti agli attacchi degli Avversarii, portandosi personalmente alla Corte, ricordando, (f. 427) che in simili congiunture non deve aver riguardo ne a rispetti umani, ne alla vecchiaia, ne alle indisposizioni del corpo, ne alla spesa, dovendosi rischiar tutto il sudetto, e la vita stessa per la conservazione delle anime alla sua cura commesse, mostrando

⁶⁸ Forsam agitur de Brevibus de dat. 25.IV.1750; cfr. *Documenta Pontificum Romanorum*, vol. II, pag. 116-121, nr. 718-721.

di ammirarsi molto, che nella passata Dieta del 1748, ne egli, ne altri si siano portati a Varsavia per procurare presso del Re, e della Repubblica la necessaria assistenza per eludere gli attacchi degli Avversarij, essendosi ritrovato nella detta Dieta molto più gran zelo riguardo a questo interesse ne Nunzj secolari dell'Ordine Equestre, che in lui, e negli Ecclesiastici.

4. Scrivere al Vescovo di Plocko, ddesignato Presidente della Regia Commissione, stabilita per esaminare le controversie insorte fra gli Disuniti, e gli Uniti, di adoperar tutto il suo zelo, acciò nulla si faccia nella detta Commissione, che possa causare alcun pregiudizio al Rito Ruteno Unito, o dar in mano ai Scismatici il modo di usar delle violenze contro degli Uniti, come si sente abbino fatto negli anni scorsi in Mohylovia, e in Vilna, senza che possano esser ripresi dai rispettivi Tribunali assegnati dalle Costituzioni del Regno sotto il pretesto, che dopo lo stabilimento della detta Real Commissione non siano obbligati di riconoscere altro giudizio, che quello della stessa, la quale non essendo, come si asserisce, istituita che *ad referendum*, sussistendo per un tempo considerabile, darà (f. 427v) campo agli istessi Scismatici d'impunemente a oltraggiare i Cattolici del Rito Ruteno, e di seminare il loro veleno frà gli Uniti men forti, e ritenere nello Scisma quelli, che ispirati da Nume superiore spontaneamente vorrebbero rientrare nell'Ovile di Cristo.

Propaganda etc., che tutto l'Oratore nel 1740 ha consegnato al Signor Canonico Carlo Uslenghi, e tutto questo per diciotto anni (: conforme che dice il Signor Carlo Cocquelines:) mai si è presentato in Propaganda etc., è pure l'Oratore Umilissimo abbandonato et con sommo scherzo, e derisione di tutti i Stati, massime Ecclesiastico, dell'Imperio di Moschovia, etc. Onde l'Oratore Umilissimo, pieno di speranza del sollievo, profondissimamente chinato ai Piedi di V. Eminenza, e baciando la S. Porpora, supplica colle lagrime innata sua carità, e misericordia si particolare sopra di lui, come pure generale della Sagra Congregazione di Propaganda Fede. Che della grazia etc., Iddio etc. etc. ...

(f. 440v) Die 12 Septembris 1757:

Subministrentur scuta viginti jussu Em.mi Card. Praefecti ob illius lethalem morbum et extremam pauperiem.

Per il Chierico Pietro Koss, Roxolano dell'imperio di Moscovia, già Alunno del Ven. Collegio Urbano di Prop. Fede.

1023.

1757.

De facultate Metropolitanae dispensandi ab impedimento bigamiae.

APF, *Scritt. rif n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 441rv.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Florianus Hrebnicki, Russiae Metropolita, una cum sui Ritus Episcopis, humiliter Eminentijs Vestris exponit, Decreto S. Officij, quod per organum hujus S. Congregationis obtineri solet, concessam sibi, caeterisque Russiae Episcopis fuisse facultatem *dispensandi cum nonnullis suarum respective Dioecesium Sacerdotibus, super irregularitate ob Bigamiam per eos incursum*. Occurrit autem Dubium: — An per *Ly Sacerdotibus* intelligantur ij tantum, qui Sacris Ordinibus jam sunt initiati, vel etiam initiandi? — Causa dubitandi est: Nam si primum, vana omnino hujusmodi esset facultas; vel enim loquimur de Unitis, vel de Schismaticis? Si de Unitis, nemo ad Sacros Ordines promovetur, nisi prius constet eum, si nupsit, duxisse unicam et virginem; Absurdum vero esset, eum impedimento irretitum ordinare, ac postea dispensare, et gravissimum crimen Episcopus patraret cum Ordinando. Si vero de Schismaticis sermo sit, hi plerumque Bigami ordinantur quidem, sed cum a Schismatico ordinentur Antistite, ac fere semper in Schismate ordinati Sacra ministrent, si postea ad Catholicae Ecclesiae sinum transeant, indigent etiam absolute a Censuris, (f. 441v) et dispensatione ab irregularitate, quam ob susceptos a Schismatico Episcopo Sacros Ordines incurrerunt, et quidem publica, a qua irregularitate ut absolvantur, ad S. Sedem recurrere debent; adeoque pro uno recurrentes casu, pro alijs etiam recurrere possunt; sicque inutilis redditur concessa Catholicis Episcopis facultas. Quare Orator, pro sui, suorumque Episcoporum instructione, pro-

positi Dubij solutionem humillime expostulat. Quod ex gratia, quam Deus. etc. etc. ...

Fu rimesso al S. Offizio, li 13 Settembre 1757.

1024.

1757.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 457.

Beatissime Pater.

Joannes Tijkska, Ruthenus, humillimus Sanctitatis Vestrae Orator, ut Sacros Ordines licite suscipiat, assequaturque Curatum Morozoviense, Dioecesis Metropolitae Kioviensis, Beneficium, ad quod de Principis Radziwill, Palatini Vlnensis, benignitate praesentatus est, supplicat secum dispensari a Bigamia, quam, desponsata Anastasia, Vidua, contraxit Orator. Quod Deus, etc. etc.

Rimesso al S. Offizio, con viglietto de 3. Xbre 1757.

1025.

1757.

Pro facultatibus quinquennialibus pro Administratore Volodimiriensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 774, f. 411.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Monsig. Feliciano Wollodcovicz, Vescovo di Chelma, Coadiutore della Metropolia di Russia, ed Administratore del Vescovado di Vladimiria, supplica umilmente le EE. VV. per la concessione delle solite facultà per la Diocesi di Vladimiria, o pure per l'estensione delle medesime facultà, che egli gode come Vescovo di Chelma, anche per la Diocesi di Vladimiria, ove occorrono continuamente le stesse necessità, che nell'altra. Che etc., della grazia etc.

(f. 412) Emin.mi, e R.mi Signori.

Monsignor Feliciano Wolodkowicz, Vescovo di Chelma, di Rito greco unificato e Coadiutore della Metropolia di Russia, Oratore umilissimo dell'EE. VV., riverentemente espone d'esser stato nominato dal Re di Polonia alla Chiesa vacante di Vladimiria del detto Rito, quale Chiesa l'Oratore attualmente governa in administrationem. Per tanto supplica umilmente l'EE. VV. per le facultà solite concedersi ai Vescovi di quelle Parti, delle quali facultà possi l'Oratore servirsene etiam sede plena. Che etc. ...

(f. 413) Memoriale presentato a Monsign. Segretario Lercari nel mese di Febraio 1757, e scritto a Monsig. Nunzio in Polonia che la Congregazione generale aveva negata la concessione delle facultà richieste, etc. etc. ...

1026.

1757.

De dispensatione ab irregularitate et suspensione ob praesumptum homicidium involuntarium.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 775, f. 103rv.

Beatissime Pater.

Basilius Sochanowicz, Parochus Zydaczoviensis Ritus Graeci Uniti, Dioecesis Leopoliensis, cum osculo pedum Sanctitatis Vestrae humillime exponit, quod cum quatuor circiter ab hinc annis negotiorum suorum causa quamdam tabernam in Villa Roguzna ingressus, aliquos ex occasione cremati puculos sumpserit, a quodam Michaele Laico illuc superveniente, et ad ebrietatem usque bibente, immaginato sibi aliquo praetextu, fuit variis injuriis, ac contumeliis, nec non minis ita aggressus, ut nisi impedirent adstantes, pro tunc mutuo se percussissent, sed Orator evitando periculum aliquoties se in proximo cubicolo clausit, ac tandem inde se subtrahere optans, et ad externas illius loci fores se conferens, easque ad abeundum dum aperire conabatur, iterum a dicto Michaele fuit furibunde agressus adeo ut ad evadendas illius percussiones, illumque terrendum, bombardam, quam in itinere ut se a lupis vias grassantibus defenderet, secum tulerat, in illum direxerit, et infeliciter exploserit, quo ictu percussus dictus Agressor, post aliquos dies ex inflicto vulnere mortuus est. Cum autem hocce facinus ad Ordinarij loci forum delatum fuisset, etsi ex Inquisitionibus in forma deductis narratorum ab Oratore veritas comprobata fuisset, nihilominus Orator, quia fortassis satis non constitit illud homicidium emanasse ex justa defensione inculpatae tutelae, fuit in Judicio Beneficio suo Zydaczovien. privatus, Irregularis declaratus, in carcerem per integrum annum clausus (f. 103v), ac dein per semestre binis in hebdomada disciplina punitus. His vero omnibus plenissime satisfactis, cum ad summam egestatem pervenerit, et mendicato pane vivens, impetrato a suo loci Ordinario Leopoliensi, salvo conductu, nec non commendatitiis, ad Sanctitatis Vestrae pedes humillime recurrit, ut de sua Apostolica Clementia super incurta Irregularitate secum dignetur dispensare. Quam, etc. etc. ...

1027.

1757.

Pro translatione Episcopi Chelmensis in Sedem Volodimiriensem.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 177.

Beatissimo Padre.

Filippo Feliciano Wolodkowicz, Vescovo di Chelma, prostrato al Trono della Santità Vostra, espone umilmente d'essere stato nominato dalla Maestà del Re di Polonia alla Chiesa vacante di Vladimiria, come costa dal Pubblico

Istromento di Regia nomina, che riverentemente si acchiude; e perciò desiderando l'Oratore d'essere trasferito alla suddetta Chiesa di Vladimiria per il primo futuro Concistoro, supplica con ogni ossequio la somma clemenza della Santità Vostra per la grazia di detta traslazione. Che etc. etc. ...

1028.

1757.

De causa spolii Volodimiriensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 182.

Eminentissime Domine

Quum primo Russiae Metropolita pristinam recuperasset sanitatem, omnem curam illico adhibuit, omnesque vires eo conversit, ut Vladimiriensem Sedem Pastore hucusque orbatam, competitorum rixis divexatam, pluribusque Bonis mobilibus spoliata, ad honum ordinem reduceret, ipsiusque integritati consuleret, bonis viris probatissimis, Archiepiscopo nempe Smolenscensi et Polocensi Abbati demandavit, iuxta annexum folium, executionem eorum, quae E. V. ipsi praescribere dignata fuit. Ne autem bene inchoata aliorum diffugiis condicant, ut suo in cursu retardentur, ulteriorem E. V. totiusque hujus S. Congregationis implorat protectionem. Quod ex gratia, etc etc. ...

1029.

1757.

De causa spolii Volodimiriensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 188.

Monsignor Vescovo Ruteno di Pinsko avendo con Memoriale rimesso da N. S. alla Sacra Congregazione esposto le violenze usate dal Vescovo di Chelma in occasione dell'amministrazione della vacante Chiesa di Uladimiria, ne fu scritto a Monsignor Nunzio in Polonia: *pro informatione*.

Questi risponde, che sopra di ciò pende causa nel Tribunale della Nunziatura, dal quale è stata preferita sentenza a favore del Chelmense riguardo l'amministrazione della suddetta Chiesa vacante. Trasmette però un progetto di amichevole Composizione fatto dal Vescovo di Pinsko, il quale altro in sostanza non contiene, se non che ogn'uno dei due Vescovi ritenga quello, che ha tolto.

Fu risposto a Monsignor Nunzio con lettera de' 30 Aprile 1757.

1030.

1758.

*Facultates pro Episcopo Volodimiriensi.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 276, 279v.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Monsignor Floriano Wollodkowicz, Coadjutore della Metropolia di Russia, e translato dalla Chiesa di Chelma a quella di Vladimiria, supplica umilmente l'EE. VV. per la concessione delle solite facoltà per la detta Diocesi di Vladimiria, che etc. etc. etc.

(f. 279v) NOTA:

La spedizione fatta li 20 Febraro suddetto delle facoltà non fù consegnata, come si è notato a suo luogo nel Registro delle Patenti de' Missionari.

A. Roccatani.

1031.

1758.

*Transitus ad Riturum Latinum.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 286.

Eques Lappa, Lithuanus, humiliter supplicat pro facultate transeundi a ritu Graeco ad Latinum, et causae, propter quas supplicat, sunt: — 1º, quia aggregari optat plurimis de sua cognatione, qui sunt in ritu Latino; 2º, quia, cum Domestici ipsius et etiam uxor sint in ritu latino, optat consonantiam omnimodam in Domo sua in observantia jejuniorum, festorum, ac Sacrorum reliquorum.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 776, f. 287.

20 Februarij 1758:

Il Cavalier Lappa Lituanus supplica l'EE. VV. per la permissione di passare dal Rito Greco al Latino per le seguenti ragioni: —

1-mo: perchè brama di essere aggregato ed unito à moltissimi della sua Parentela, che sono di rito Latino.

2º: perchè la sua consorte, e li suoi Domestici sono di rito Latino; onde desidera la totale uniformità nella sua casa nell'osservanza de' digiuni, e delle feste, e degli altri Ecclesiastici riti, nascendo dalla diversità disturbo, ed incomodo.

Questa Sacra Congregazione a simili istanze fatte dà Greci Ruteni secolari per passare al rito Latino ha risposto altre volte: *non indigere*. — Non dimeno, atteso che sù tal particolare vi è in quelle parti qualche disturbo e dissensione tra Latini, e Ruteni, potrebbe risciversi: — *ad R. P. D. Nuntium*,

ut veris existentibus narratis, et auditis Ordinarijs tam Rutheno, quam Latino permittat transitum expetitur.

1032.

1758.

De promotione causae spoli Volodimiriensis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 459.

Eminentissimi, e Rev.mi Signori.

Il Vescovo di Vladimiria,⁹⁶ Ruteno, Oratore Umil.mo dell'EE. VV., avendo fatta abboccare una sua Causa, che ha con Monsignor Vescovo di Pinsko, parimente Ruteno, à questa Sagra Congregazione, supplica perciò riverentemente l'EE. VV., à degnarsi darle l'Eminentissimo Ponente, avanti di cui possono farsi gli atti preparatorij, per indi proporsi la causa in piena Congregazione. Che etc. etc. ...

Aptentur preces. — 1758.

1033.

1758.

Appellatio cuiusdam parochi contra Episcopum et eius modus agendi sibi iniuriosus.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 465-466.

Beatissime Pater.

Post Divinam in Caelis, ad supremam ultimae spei in Terris Majestatem Sanctitatis Vestrae recurrit Basilius Pietkiewitz, ante Decanus, et Procurator Causarum Dioecesis Luceoriensis et Ostrogiensis Generalis, ad praesens Parochus Ecclesiae ibique Luceorien. tit. Protectionis B. V. Mariae R. G. L. Uniti, Polonus, quam sacrosante adorando, suo, et Antonij Nounsiecki, Parochi Podlison. nomine, exponit: Quomodo, et qualiter tam per Ill.mum Dominum Sylvestrum Rudnicki, Episcopum suum Ruthenum Luceoriensem, quam Religiosos Basilianos ibidem Luceorienses, amicos Episcopales, et in caput Cleri hostes, cum sua Ecclesia Parochiali summe desolata, subordinationibus, avocationibus Parochianorum, et Jurisdictionum Ecclesiasticarum ademptione, vitiosis, ac malitiosis processibus de objectis irrealibus ex mandato Ill.mi Domini per V. Instigatorem Iudicij Episcopalis formatis, interceptionibus Documentorum, malitiosis, et gravaminosis evidenter sententijs, partialitatibus, ac Iustitiae distributivae non administratione, Appellationis,

⁹⁶ Tam tunc temporis Philippus Wolodkovycz, translatus e Sede Chelmensi (1730-1758), et Coadiutor Metropolitae.

seu Recursus Romam non admissione, nec ejusdem in actis adnotatione, Processuum ex Cancellaria extraditionis denegatione, ex nullo demerito, aut Processu perducto publicae et scandalosae Captivationis demandatione, (f. 465v) violenta cum magno dispendio rerum domesticarum ex prediolo Ecclesiastico expulsionem, crescentiae et consationum ademptione; summae Procuratorialis ex Dioecesi contributae ad numer. Florenorum Poloniarum circiter et 2000 perceptione, et Oratori qua Procuratori Generali, et Patrono Imae Instantiae totaliter non solutione, atque Procuratorum tam in Sacro Tribunali Romano, quam Sacrae Nuntiaturae Apostolicae non creatione, ac per id Oratores, et plurium Dioecesanorum Causis succumbere occasione, et novarum expensarum causatione, oratorumque in dicto Tribunali Sacrae Nuntiaturae Apostolicae, acsi malorum Virorum, et non exemplarium clandestine falsis descriptionibus, ac alijs vanis tripinis fusius in expositione cum informatione, et documentis summario nostro appositis habita, oppressi sint, et ad ultimam ruinam, quia ad sustentandam emendicato pane vitam coacti. Et licet easdem injurias, et oppressiones Ill.mo D.no Joanni Baptistae Stephanini, Auditori, et Iudici Generali Tribunalis Sacrae Nuntiaturae nostrae Polonae, aliquoties (f. 466) detulerint, ac in scriptis exposuerint, tamen nullam resolutionem adequatam obtinuerint. Quinimo, primo Romanam appellationem poscit, et postmodum literas passus Romam extradere ex Cancellaria inhibuit, et non nisi Epistolam ad Ill.mum Dominum loci Ordinarium supra allegatam, nescitur de quibus contentis, scripsit. Quae epistola obsigillata sui Romae pro testimonio habetur. Proinde humillime supplicant Sanctitati Vestrae, quatenus in Apostolicam suam Protectionem assumptos miserabiles Oratores, eorundem causas cum Informatione ex Documentis habitas discernere, et decidere; quae vero in instanti non probantur, ubi Causae facti pro Commissionem, et Inquisitionem remitti, Sancta Sua Autoritate demandare dignetur.

De suprascriptis injurijs secundario Memoriale praesens scribitur. Quia in primo Memoriali obtentum rescriptum fuit (:ad suos Iudices:): Quos Iudices varii Advocati varios Iudices assignabant. Ideo clarius rescribi, et ad disjudicandum omnino humillime petitur. Quam gratiam, etc. etc.

1034.

1758.

Appellatio cuiusdam parochi ad Tribunalia Sedis Apostolicae in iniurijs sibi a proprio Ordinario illatis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 467-468.

Eminentissimi, Excellentissimi, et Rev.mi Domini,
Domini Clementissimi.

Demetrius Kozubski, ex Notarius Concistorij Luceorien., ex Decanus Ostrogienensis, ad praesens Parochus Ecclesiae tit. S. Nicolai Ostrogien. R. G. U. ex Polonia, cum profundissima demissione ad pedes Eminentiarum Vestrarum

provolutus representat, qualiter ipse ab Ill.mo, et Rev.mo Sylvestro Rudnicki, Exarcha tot. Russiae, Luceorien. et Ostrogien. Episcopo R. G. U., Pastore suo, ea ratione, quod ipse pro integritate Dioecesium Luceorien. et Ostrog. simul cum alijs dioecesanis licitis modis obstare curaverat, tum etiam ex rationibus alijs, fusius in expositione Causae et in probatione Conclusionis expressis, nimie sibi indignato, primo variis injuriis per subordinatas personas oppressus, postea Processibus contra Ius, et Iustitiam formatis gravatus, deinde Predio Iurisdictioni saeculari subjacenti, pro summa sua propria acquisito, spoliatus, alijsque injuriis cum in praedicta expositione, tum in memoriali ad SS.mum D. N. D. Papam porrecto, supplicique huic Libello appenso expressis laesus; ad extremum, et fortuna, et bono nomine, imo omni ad honestam vitam ducendam modo spoliatus, atque ob non admissam in Actis sui Consistorii annotationem interpositae appellationis, et ob inhibitam extraditionem Processus ex ijsdem Actis, ad prosequendum ejusmodi injurias in altiori subsellio, impeditus, comminationeque captivationis proposita perterritus, Testimonialibus litteris, quod nullis censuris innodatus existat, libereque sacrificium Missae celebrare possit (:ad quas accipiendans, si recurrens Officium accederet, pro certo, uti in alijs practicabatur, captivaretur, et ad Carceres detruderetur:) non munitus, ad Sanctam Sedem Apostolicam, eam post caelestem supremam adorando, iter arripiendo, tam in via, quam etiam hic Romae, plusquam sex hebdomadis tum Resolutionem ad memorialia (f. 467v) ad SS.mum D. N. porrecta, tum Emin. Iudicia expectando, sacrificium Missae celebrare non valens, ex eoque ultimo modo vivendi destitutus existens, cum in memoriali praedicto remissionem ad Iudicem competentem in gradu recursus, seu appellationis obtinuerit, non alios Iudices nisi Eminentias Vestras DD.nos Clementissimos assignatos firmissime arbitratur; circa quorum millena oscula Pedum, humillime Clementiam exorat, quatenus velint super ipsum taliter egenum et pauperem illiusque causam intelligere, amputataque ad Eminentissimum suum Iudicium adversae Partis ordine interpositae appellationis adcitatione atque vigore ademtionis Predij, domus lignae aliarumque iniuriarum, memoriali praetacto ad Ss.mum Dominum porrecto, citatione (cum nullatenus Recurrens tantum iter pedester recurrere possit, alio vero modo prosequendi causam ejusmodi, omni spoliatus fortuna, prorsus non valeat), Decreta contra Praxim Iuris et constitutiones Legum lata circumscribere, imo potius ex ratione per denegationem extraditionis ex Actis non habitorum originaliter Decretorum fere omnium, et Processus ejusmodi Causam, cum toto eius negotio ad Ill.mum et Rev.mum D. Augustinowitz, Archiepiscopum Leopoliensem, Nationis Armenicae, aut ad Ill.mum et Rev.num Dominum Sierakowski, Episcopum Premisliensem, Ritus Latini, in Regno Poloniae remittere, plenamque facultatem cuivis Illorum distinctim, quin requisitus a recurrente fuerit juxta exigentiam negotij, finaliter decidere, et disjudicare, Decreta quaevis gravaminosa, atque omnia injuste attentata, cassare, eandemque causam in integrum restituere, fine debito terminare, omnimoda facultate citandi quosvis inculpato sub censuris Canonicis, servata forma

S. Conc. Tridentini, Commissiones cum Inquisitione expedienter assignandi, omniaque alia quomodolibet necessaria et opportuna exercendi; non obstante pretermissione Ill.mi, Excell. Iudicij Trib. S. Nunciaturae facta, taliter enim nos (f. 468) miseri Rutheni in Dioecesi Luceorien., et Ostrogien. degentes, infelices, et orbatii sumus, ut in nullis Iudicijs, quamvis plurimas pecunias, de quibus in expositione causae fit mentio, pro Procuratoribus, et Patronis expendimus, ullum Procuratorem, et Patronem habeamus, imo pro nostris pecunijs taliter expensis, Ill.mus loci Ordinarius pro parte sua constituendo Patronos, adeo suos Dioecesanos opprimit, ut plurimi gravati ejus Decretis, prosequendo suas Injurias in Tribunali S. Nunciaturae Varaviae nullatenus Iudicatum lucrari possent, et in ultima miseria remanerent. His itaque attentis, et in recenti visa R.di Raetkowitz, Socij sui, ibidem recurrente, Sacra Nunciatura ad aliquot requisitiones ejus personales, cum epistola nonnisi expeditione, beneque perpenso eo, quod Ill.mus loci Ordinarius non ita pridem similiter certum Presbyterum cum epistola remissum non ad mentem contentorum in epistola, sed ad sui libitum sinistre tractavit, praetactus Recurrens in spe bona, et fiducia obtinendae apud S. Sedem Apostolicam Iustitiae, cum pronissima veneratione EEm.tias VVestras accedit. Prospicere, ergo, dignemini, Emin.mi Excell.mi Rev.mi Iudices, Domini Clementissimi, tantae miseriae Recurrentis, unicam Iustitiam expostulantis, non obstanteque aliqua sollemnitate Juris, forsitan ad Causam hanc requirenda (qui recurrens ad faciendam illam non tantum contrahendi Patronum, verum etiam vivendi ultimo modo, pro expresso pacto, spoliatus, caret) cum memorataque Causa, ad mentem praefatae postulationis procedere faveatis. Alias in hac ultima miseria existendo, Recurrens nullam fiduciam revertendi ad dioecesim suam in Poloniam haberet; certe enim, stantibus talibus oppressionibus, miserrime Vitam finire deberet. Plurimi etenim in his dioecesibus similibus Processibus gravati, alij e vivis, alij in exteris Nationes migrarunt. Imo, etiam plures ad praesens oppressi uti quondam in imberis rorem, sic a suprema Jurisdictione alleviationem expectantes, animo desponderent. Millenis itaque precibus humillime exoro hanc gratiam, quam Deus, etc. etc.

1035.

1758.

*Eiusdem argumenti.*APF, *Scriv. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 369-470.

Beatissime Pater.

Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devoti Oratoris R. Demetrii Kozubski, Parochi Ostrogien. Dioecesis, ibidem Ostrogien. R.G.L.U. ex Polonia, qualiter ab Ill.mo Sylvestro Rudnicki, Episcopo Luceorien. et Ostrogien. R.G.L.U., Pastore suo, in Predio propria pecunia in Civitate Ostrog. empto, Jurisdictioni spirituali non subjacenti, prius decretis gravaminosis

inquietatus extitit, postea per demandationem ejusdem Ill.mi loci Ordinarij facere coram Actis Castren. Luceorien. suo Jurisdatori, recessum, eodem Predio, quinque millibus florenorum Polonicalium stimato et valente, cum suis attinentijs privavit, in suamque Possessionem ab eodem Jurisdatore sibi facta, occupavit, et possedit, Oratori vero appromissam pecuniam pro memorato Predio debitam in blanca charta, seu assecuratione inscriptam, requisitus non reddidit, reddereque recusat. Variis Processibus gravaminosis, et injurijs ad fictas delationes oppressit eosdemque, favendo Parti adversae, contra formalitatem Iuris facere permisit; excusari in Iudicijs Oratori non concessit, verbis laesivis, pro Tribunali sedens, Oratorem affecit, rusticalitatem, seu solum nomen, dempto cognomine in comparationem urgente inscribi mandavit, eoque ipso et Oratorem, et ejus consanguineos in (f. 469v) bono nomine injuriavit, se Actorem, et Judicem contra Oratorem nominando, Commissarios Oratoris hostes infensissimos, non permessa eidem impugnatione, et exceptione, deputavit, facereque Inquisitiones ijsdem, cum praejudicio gravi, demandavit. Missos a se Generales Visitatores, Oratoris inimicos, pro symonijs extorsionibus, pro objectione Oratori haeresis, et pro alijs injurijs personalibus, libero a Processu per actoratum Oratoris formato, cum summo gravamine pronuntiavit. Plenipotentiam a Venerabilibus Parochis decanatus Ostrogien., ad causas eorum promovendas, libere datam, ex eo quod Orator contra praememoratos Generales Visitatores pro extorsionibus patris, nomine eorum Causam instituerat, per sequestrationem factam ademit; Appellationem ad Sanctitatem Vestram, per Oratorem a Decreto gravaminoso interpositam, non admisit, eamque in Schaedda porrectam in Actis adnotari, interdixit. Praesbyterum certum pro Administratore Ecclesiae Assumptae Beatissimae, in Civitate Ostrog. sitae, remissum, choreas et computationes exercentem, pro vita Oratoris insidiatorem, in domum ejus Plebanalem invasorem, Sacramenta invalide celebrantem, Caeremonias supersticiosas rudiori Populo, in Cemeterio praecommissae sibi Ecclesiae, facere (f. 470) permittentem, aliarumque inconvenientiarum patratorem, de his omnibus ad se delatum, propter magis nocendum Oratori, impunem fecit, Officio decanatus Ostrogien. Oratorem nullo jure convictum, privavit. Domum ligneam pro peculio Oratoris proprio acquisitam, non restituito eodem peculio, ademit; Fundos Ecclesiae Oratoris proprios, ejusdem pecunijs a possessione saecularis Domini, per Processum vindicatos, ad fructificandum Consanguineo suo praecommissit, aliisque injurijs fusius, in expositione formata, expressis, effecit. Dignetur itaque Sanctitas Vestra tot, et tantis injurijs a prae expresso Episcopo Oratorem gravatum, et post, si Protectio Sanctitatis Vestrae non praecesserit, gravandum, taliter interposita ad Sedem Vestram Apostolicam appellatione, recurrentem in Protectionem Vestram suscipere. Processus, causas, totumque negotium Iudicibus, seu Iudici alicui, ac Sacri Vestri Palatij Apostolici, quatenus ejusmodi causas, et injurias discernat, Decreta gravaminose lata circumscribat, finaliterque juxta exigentiam negotij decidat, praecommittere, specificeque hoc in humillimo memoriali, ut facilius, modum querendi, omni

spoliatus recurrens Orator, praelibatos Iudices, seu Iudicem, accedat, annotari, et assignari demandare. Quam gratiam Deus, etc. etc.

1036.

1758.

De dispensatione ab irregularitate incurta ob suspectum homicidium ex morte fratris.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 518.

Beatissime Pater.

Joannes Zydaczewski, Polonus, Presbyter ritus Rutheno-Uniti, ac nuper Parochus Ninioviensis in Dioecesi Premisliensi, humillimus Orator, praesens, supplex exponit Sanctitati Vestrae:

Quod ille, ob defensionem bonorum ad ecclesiam suam pertinentium, multa a fratre suo filiisquem ejusdem passus fuerit verbera et vulnera etiam sustinuerit, vixque violentam mortem, quam illi palam minabantur evaserit. Accidit autem anno elapso, ut rursus Orator in praedictum fratrem suum ejusque filium inciderit, a quibus vitae metuens, dum se fuste defendit, frater e curru, cui insistebat, desiliens corruit, animamque agere coepit ac paulo post expiravit. Omnium, qui tunc praesentes aderant, (erant autem plurimi) iudicio mors haec non ictui alicui, sed violentae corporis in desiliendo a curru commotioni attributa fuit, praesertim cum defunctus ille ante casum hunc ob lapsum e loco altriore per menses aliquot graviter decubuerit, et aetate etiam provecta ac viribus debilitatus fuerit. Nihilominus orator, ut innocetiam suam probaret, ad Episcopum Suum Premisliensem statim et sponte se contulit, atque ut inquisitio hoc super facto legitime fieret, rogare caepit. Episcopus delatione adversae partis praeventus, miserum Oratorem, inquisitione non facta, carceri mandari jubet, ubi quindecim hebdomadarum spatio squallore ac inedia prope confectus, dum justitiae spem nullam affulgere videt, fugam arripit, Romamque contendit. Hic jam ad pedes Sanctitatis Vestrae provolutus, rebus hisce suis afflictissimis remedium, quod frustra alibi in humanis quaereret, demississime implorat. Quam gratiam D.T.O.M. etc. etc.

Humillimus Orator praesens intro scriptus

Pro Joanne Zydaczewski, Polono.

Fu raccomandato all'Ordinario, li 19 Agosto 1758.

1037.

1758.

Ut possit Metropolita sibi monachum bene visum ad suum servitium assumere, non obstantibus contrariis quibuscumque.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Moscovia, Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 530-531.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Florianus Hrebnicki, Ruthenorum Metropolita, et humillimus EEm. VV. Orator, quo par est obsequio exponit, solemne fuisse nedum suis Praedecessoribus, sed etiam caeteris ejusdem Ritus Episcopis, Monachos ad Officia suae Curiae assumere. Ad hoc autem ea necessitate coacti sunt, quod saeculares Presbyteri et uxorati et rudiores esse soleant, ideoque ad ejusmodi Officia gerenda minus idonei.

Hinc factum est, ut Capitulum Generale, in Dubnensi Civitate anno 1743 celebratum, deindeque Apostolica Auctoritate per notissimam sa.me. Benedicti PP. XIV Epistolam decretalem, cui initium « *Inter plures* », anno 1744, confirmatum, sequendo praecedentium Capitulorum leges, opportune staterit, veluti sequitur: — Sess. III, Puncto XI: Confessarium, Theologum, et alios, si quos lateri suo assistentes, et ad Cathedras residentes necessarios requiret, et habere voluerit, tam Ill.mus Metropolitanus quam Episcopi, suppeditare obligabitur Rev.mus Protoarchimandrita, sive respective Vicarius Generalis, debitis qualitatibus pro ejusmodi muneribus obeundis praeditos et idoneos. —

(f. 530v) Ut autem hujusmodi Monachi commissa sibi Officia majori sedulitate implere possent, nec Provinciarum muniis distraherentur, optime cautum est sequentibus ejusdem Capituli verbis: — Sess. XI, Resolut. XI. — Ut Officiales Provinciarum valeant facilius subvenire negotiis Ordinis Nostri, alieni esse debent a Ministerijs Ill.rum Loci Ordinariorum, si officia sint incompatibilia cum Officiis Religionis. —

Sed quamvis eadem hucusque perdurent circumstantiae, Orator tamen paucos intra annos non unum suae Curiae Ministrum Superioris Regularis arbitrio revocari passus est, amisitque non semel Viros, quos diuturniori tempore, ingentique labore, in demandatis muneribus instruxerat; et nunc omnino destituitur Auditore, nec ab Ordinis Superiore, licet perhumaniter rogato, obtinere valuit Monachum, qui Auditoris exercean munus; adeo ut inde non pauca Dioecesi amplissimae inferantur praepudicia.

Quare senio confectus Orator humiliter EE. VV. exorat, ut Apostolicae (f. 531) potestatis plenitudine vel Superior Regularis adigatur ad omnimodam praeallegati Capitularis Statuti observantiam, vel Oratori praeservetur libertas Monachum sibi benevisum ad Auditoris Officium assumendi, retinendique eundem, vita propria durante, et donec capacem sui Ritus suaeque Dioecesis Presbyterum Saecularem invenerit, quin Ordinis Superiori liceat ejusmodi Monachum de Officio Auditoris directe vel indirecte revocare.

Quod ex gratia, etc. etc. ... Flor. Hrebnicki, Russ. Metrop. Fu scritto al P. Proto Archimandrita li 9 Settembre 1758.

1038.

1758.

*De Coadiutoria Archiepiscopatus Polocensis.*APF, *Udienze di N.ro Signore dell'anno 1755 a tutto l'anno 1759*, vol. 8, fol. 401rv, 402v.

Em.mi e Rev.mi Domini.

Jason Smogorzewski, Ordinis S. Basilii M. Congregationis Ruthenorum, et quidem Provinciae Lithuanae monachus expresse professus, ac humillimus EE. VV. Orator, quo par est obsequio exponit, R.P.D. Florianum Hrebnicki, Archiep.pum Polocensem totiusque Russiae Metropolitanam a sacro hoc Tribunali, approbante sa.me. Benedicto PP. XIV, anno 1744 et 1750, facultatem obtinuisse deputandi sibi Coadiutorem cum futura successione pro Ecclesia Polocensi. Accedente itaque Serenissimi Poloniarum Regis consensu seu nominatione, praefatus Archiep.pus Oratoris personam, quamvis immerentem, in eiusmodi selegit Coadiutorem, deindeque consuetum super Promovendi qualitatibus Processum confecit, Litteras Institutionis ad eandem Coadiutoriam tradidit, fructus Ecclesiae Vitebscensis, quae Polocensi est unita, pro congrua Oratoris sustentatione, more in Coadiutoriis Polocen. hucusque servato, libere assignavit, ac denique facultatem ubicumque suscipiendi consecrationem largitus est.

Cum autem Orator Romae sit praesens pro vindicandis asserendisque Ecclesiae et Cleri Polocensis iuribus, crebrisque praedicti (f. 401v) Archiep.pi adigatur stimulis ad consecrationem suscipiendam, hinc EE. VV. clementiam humillime exorat, ut sibi licentiam et facultatem a S.mo D.no N.ro impetrare dignentur pro consecratione suscipienda ab aliquo Antistite Graeci Ritus, quorum duo Romae reperiuntur, Archiep.pus nempe Dyrrachiensis et Ep.pus Fogaratsiensis,⁹⁷ cum assistentia alterius Ep.pi latini, in defectum duorum Ep.porum Graeci Ritus, iuxta privilegium a sa.me Paulo PP. V Ruthenis Ep.pis anno 1615 die 10 X-bris concessum.

Quod ex gratia etc. quam Deus, etc.

(f. 402v) Ruteni. 5 sett. 1758. Sacrae Congregationi de Propaganda Fide.

In Cong.ne generali die 21 augusti 1758: Ad Dominum Secretarium cum SS.mo.

Ex Audientia SS.mi die 5 Septembris 1758: Sanctitatis Sua remisit instantiam arbitrio Em.mi Praefecti S. Congr. de Propaganda Fide cum facultatibus necessariis et opportunis.

H. Antonellus eiusdem Congr.nis Secr.

Pro Jasone Smogorzewski, Monacho Rutheno.

⁹⁷ Innocentius Klein (Micu), basilianus, qui anno 1751, die 7 maii, Sedem Fogaratiensem dimisit (quam tenuit inde a die 11 sept. 1730), et Romae die 22 septembris 1768 obiit, penes ecclesiam SS. Sergii et Bacchi, ubi et sepultus fuit.

1039.

1759.

De dispensatione ab obligatione residendi penes Protoarchimandritam.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 20.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini.

Athanasius Czarkowski,⁹⁸ Monachus Professor Ordinis S. Basilij M. et Congregationis Ruthenorum Consultor Generalis, humiliter exponit Eminentissimis Vestris, se gravi jam aetate, adversa etiam valetudine laborare, nec facile posse convalescere in Monasterio Torokanensi, quod in humidissimo climate situm est, et in quo juxta Constitutiones Capitulares residere tenetur; Cum autem paucos post menses expiraturum sit Officium, quo fungitur, nec saluti suae adinterim in dicto Monasterio consulere possit, supplicat humillime pro dispensatione a residentia eadem Torokanensi. Quod ex gratia, etc. ...

12 Martii 1759.

1040.

1759.

Eiusdem argumenti pro alio Officiali generali.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 21.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini.

Valerianus Podwieszczynski, Monachus Professor Ordinis S. Basilij M. et Congregationis Ruthenorum Secretarius Generalis, ob infirmam valetudinem suam, praesertim oculorum, et insalubrem Monasterij Torokanensis aërem, dispensationem ab Eminentissimis Vestris obtinuit ad annum a residentia in eodem Monasterio Torokanensi, quam praescribunt dictae Congregationis Constitutiones; cum vero Orator a praefata infirmitate nondum convaluerit, humillime supplicat Eminentissimis Vestris pro prorogatione obtentae dispensationis. Quod ex gratia, etc.etc. ...

12 martii 1759.

⁹⁸ Athanasius Czarkovskyj, Procurator in Urbe (1744-1747).

1041.

1759.

De meliori modo tractandi Basilianos alumnos in Collegio Vilnensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 8, f. 585.

Eminentissime Domine.

Hieronymus Oziemkiewicz, Ordinis, S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum Procurator, Eminentiae Vestrae Excell.mae Orator devotissimus, humiliter exponit, qualiter ille, habens in Commissis a P. Abbate Generali suae Congregationis idque de consensu et consilio PP. Provincialium, deferre Sanctae Sedi Apostolicae de assiduis litigiis et odiis per alumnos Cleri secularis⁹⁹ Vilnenses cum Alumnis sui Ordinis Monachis et quidem ex permissione et suggestu Patrum Soc. Jesu dicti Alumnatus Regentium causari solitis, ob quae litigia Alumni Monachi etiam rigorose et contemptibiliter a Regentibus tractati, nisi exacerbationes et persecutiones patientes, minus in studiis proficiscuntur, et non ita sane sufficientes ad laborandum in Provinciis ex Alumnatu Vilnensi evadunt, qua de causa et Congregatio Oratoris in subjectis ibi in dicto Alumnatu male educatis detrimentum habet, et Sancta Sedes Apostolica in pensis fructuum pro sustentatione Alumnorum persolvibilium inaniter gravatur, tum Superiores Ordinis Oratoris volentes omni possibili modo honesto tranquillitatem pacis prospicere suis Religiosis Alumnis, ad se recurrentibus, saepe saepius molestiis perturbantur. Inde est quod dictus P. Generalis Abbas, perpensis rationibus ex supra allegatis provenientibus, nolens cum Patribus Regentibus bellum juris gerere, in quoque cum Provincialibus utriusque consilio, iudicavit committere Oratori de praemissis deferre Sanctae Sedi Apostolicae et supplicare pro gratia aut translationis illius Foundationis Vilnensis pro quatuor Monachorum sui Ordinis Personis habitae, ad Almu Collegium Urbanum, sub Protectionem Sacrae Congregationis de Propaganda Fide (:ubi etiam sunt duo ex gratia Sanctae Sedis Apostolicae Monachi:) aut alii arbitrio benignitatis SS.mi Domini relinquere, sed quia idem Orator aliter intrare in hoc negotium non audet, nisi mediante Consilio et Auxilio Excell.mae Eminentiae Vestrae, tanquam sui Oratoris et Congregationis suae immediati Superioris et Protectoris, ideo, delatis praemissis, supplicat Eminentiae Vestrae Excell.mae pro eodem consilio et adiutorio, quid in his acturus sit. Quare etc. etc. ...

Si è scritto a Mons. Nunzio in Polonia per informazione, li 10 Marzo 1759.

⁹⁹ Inde ab anno 1753, dispositione Benedicti XIV, clero saeculari rutheno adsignati sunt alumnati in Collegio Vilnensi, numero 16, praeter 4 basilianos, qui alumnatibus his inde a seculo 17 pollebant. Exinde, rixae et litigia, quae inter clerum saecularem et regularem in Ecclesia Unita fere ininterrupte vigeant, etiam in hac domo studiorum vigeant, et forsitan etiam exinde originem suam ducebant.

1042.

1759.

De excardinatione cuiusdam sacerdotis ad servitium Metropoliae assumpti.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 234.

RUTENI:

2 Aprilis 1759.

Monsig. Nunzio di Polonia con sua lettera delli 28 Febbraro prossimo passato riferisce alla S. Congregazione, essergli stato rappresentato da Monsig. Coadjutore della Metropolia di Russia, che l'Arcivescovo di Kiovia avendo bisogno di persona idonea per servizio degli Officj Diocesani, et mancandone nella sua Diocesi, aveva pensato di assumere Gregorio Mokrzycki, della Diocesi di Chelma, e già Alunno nel Seminario Pontificio di Vilna. Per mezzo adunque del medesimo Nunzio supplicava l'EE. VV. a volerlo dispensare dal solito giuramento, dandogli la facoltà di poter servire in luogo della propria nella Diocesi di Kiovia.

1043.

1759.

Facultas dispensandi ab impedimento bigamiae in eparchia Volodimiriensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 366.

Beatissimo Padre.

Monsig. Feliciano Wolodkowicz, moderno Vescovo di Vladimiria di Rito Greco Ruteno unito, e Coadiutore cum futura successione della Metropolia di Russia, Oratore umilissimo della S. V., ossequiosamente le rappresenta, come nella sua Diocesi di Vladimiria vi sono molti Bigami, i quali aspirano allo stato Ecclesiastico, e perchè riesce loro molto incomodo, attesa la lontananza, ricorrere alla S. Sede per ottenere la dovuta dispensa, per tanto il detto Vescovo Oratore supplica umilmente la S. V., acciò si degni concedergli la facoltà di dispensare con trenta Bigami della sua Diocesi di Vladimiria ad Ordines, et Beneficia del medesimo Rito, etc. etc. ...

1044.

1759.

Facultates solitae episcoporum pro novo Episcopo Chelmensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 369.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Maximilianus Rylo, Collegij Urbani olim Alumnus,¹⁰⁰ novissime autem a Russiae Metropolitano in Episcopum Chelmensem consecratus, et institutus, humillime Eminentiss Vestris supplicat, ut de consueta S. Sedis benignitate ordinarias consequatur facultates, quibus Orator in animarum salutem uti possit. Quod ex gratia, etc. etc. ...

1045.

1759.

De quadam nova formula iuramenti Archimandritarum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 781, f. 456-457.

Emin.mo e Rev.mo Signore.

Il Vescovo di Vitebsco,¹⁰¹ deputato dal Metropolitano di Russia per agire gl'affari di quella Gerarchia, è in preciso dovere di umiliare all'Eminenza Vostra i due annessi fogli, colle rispettive riflessioni, sopra le due Formole progettate dal P. Proto-Archimandrita de' Monaci Ruteni, per l'istituzione e per il giuramento degl'Abati di Russia; e ciò a fine, che non siano pregiudicati i diritti del Metropolitano, capo di quella nazione, ed autore della monastica Congregazione, che non venga alterata l'antica disciplina di quella Chiesa, e che per fine non si apra l'adito à nuovi litigi, sommamente dannosi anche alla stessa S. Unione.

Non sa concepirsi, per qual motivo debba da capo a fondo sfigurarsi specialmente la formola del Giuramento degl'Abati, che da alcuni secoli trovasi già prescritta ne Ruteni manoscritti Rituali, ed a non poco tempo nè Rituali stampati. La qual cosa recarebbe scandalo agli scismatici, come quelli, che sono tenacissimi osservatori della disciplina antica, e che non mancano di deridere tutto giorno la instabilità degl'Uniti, propensi troppo ad introdurre novità.

Il Defonto Pontefice Benedetto XIV, nel suo Breve « *Super Familiam* », ha ordinato, che gl'Abati obedientiae Iuramentum in Metropolitanis manibus praestent, relativamente alla Decretale « *Inter plures* », ma (f. 456v) non ha

¹⁰⁰ Annis 1741-1742, ubi ordinatus est sacerdos die 22 septembris 1742. Cfr. plurima biographica in J. CHOMA, *Maximilianus Rylo, Episcopus Chelmensis et Premysliensis* (1759-1793), Romae 1953 (extractum) in « *Analecta OSBM* », vol. I (VII), pag. 441-471.

¹⁰¹ Jason Junosza Smogorzewskyj, Ep. Vitebscensis et Coadiutor Polocensis (1758), dein Polocensis Ordinarius (1672-1780), et demum Metropolita Kioviensis (1780-1788).

pensato, che si creasse una formola nuova, o si alterasse l'antica.

Dalle annesse Riflessioni si comprende tutto ciò, che nelle due Formole trasmesse dal P. Generale si ha di superfluo, di pregiudizioso e di inesequibile.

Ad oggetto dunque di non alterare Rituali già stampati e sparsi per tutta la Moscovia, di non introdurre novità, e di non pregiudicare ai diritti di alcuno, sarebbe molto espediente di sostenere intieramente le formole usitate, e basterebbe di spiegare con un Decreto della S. Congregazione tutto ciò, che le paresse conveniente per il decoro, e per gli vantaggi di quella nazione.

Che se poi la S. Congregazione volesse comporre le cose con una perpetua stabilità, e reciproco consenso delle Parti, potrebbero rimettersi al Metropolitano le formole progettate dal P. Protoarchimandrita, acciò, intervenendo egli al prossimo Capitolo, per se sive per suum Delegatum, ivi sieno esaminate, e convengasi concordemente, riservando alla S. Congregazione l'approvazione di quello, che si sarà convenuto tra le Parti.

Questo è quanto, nella strettezza di tempo, il Vescovo di Vitebsco deve umiliare all'E. V., supplicandola di non permettere, che sia più oltre messa in deriso la Nazione Rutena Unita, vulnerata (f. 457) la giurisdizione Metropolitana, e che per fine non si apra la strada a nuovi litigj e controversie, le quali tenendo gli animi divisi ed alterati, operano, che nulla vi si pensi al vero e sodo vantaggio della Religione Cattolica. Che dalla grazia, etc. etc. ...

1046.

1759.

De erigendis et aperiendis novis scholis et de privilegiis pontificiis iisdem concedendis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 783, f. 296rv.

Eminentissimi Domini.

Hieronymus Oziemkiewicz, Ordinis S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum Procurator Generalis, Eminentiarum Vestrarum Orator devotissimus, humillime exponit Eminentiiis Vestris nomine P. Abbatis Generalis seu Proto-Archimandritae dictae Congregationis se porrexisse preces Sanctissimo Domino feliciter Moderno, supplicando pro gratia Privilegiorum aperiendi seu de nova radice erigendi Scholas publicas omnium classium, et quidem in minoribus classibus a rudimentis instructionis usque ad Rhetoricam, in lingua Latina, Graeca, et Ruthena et maxime in principiis Dogmatum Orthodoxae fidei Catholicae; In classibus majoribus pro studiis Philosophicis et Theologicis, tam in speculativis quam Dogmatico-Moralibus, nominatim: In Monasterio Luceoriensi Exaltationis Sanctae Crucis, ubi Oratores suum studium Philosophicum habent; In Monasterio Cremenecensi, ad Ecclesiam Epiphaniae Christi Domini, ubi etiam habent Residentiam Missionis a Proceribus Celsissimi Palatini Volhiniae in Dioecesi Luceoriensi, pro toto eodem Celsissimo Palatinatu exercendae, erectam; In Monasterio Camenecensi, ad Ecclesiam Cathedralem, in Confinijs Valachiae; In Monasterio Szarogradensi,

a Celsissimo Principe Lubomirski in sua Civitate Szarogrod nuncupata, Dioecesis Camenecensis, itidem ad Confinia Valachiae erecto; In Monasterio Polocensi *ad Cathedram*, ubi Beatus Josaphat Martyr, a Photianis interfectus, Archi Episcopus erat, et adusque ibi Schismatici demorantur; In Monasterio Brestensi, ad Ecclesiam Sanctorum Petri et Pauli Apostolorum, Dioecesis Brestensis, ubi pariter Photiani Monachi Ecclesiam Parochialem cum Monasterio possident; In Monasterio Biloloviensi, Dioecesis Kijoviensis, in confinijs Moschoviae, alijsque locis commodioribus, et maxime in illis oris, ubi Schismatici vel mixtim cum Catholicis ve in vicinis reperiantur, possintque ad scholas Catholicas admittendi, Orthodoxae Fidei Catholicae principijs Dogmatum imbui. Hasque Scholas, tam in locis specificè expressis, quam etiam et in alijs fine Missionis Apostolicae exercendae erigendas, tum scholas caeteras alias in non nullis locis et civitatibus, upote: in Monasterio Vladimiriensi, in Monasterio Hoscensi, in Monasterio Zyroviciensi, nec non in alijs Monasterijs ab immemorabili tempore a Principibus et Nobilibus erectas (f. 296v), apertas, per Oratores adusque possessas, supplicarunt Oratores Suae Sanctitati omnibus immunitatibus, gratiis et privilegijs atque protectione Sanctae Sedis, vigore anteriorum Constitutionum, utpote secundum Breve Sanctae memoriae Pauli V. ti anni 1615, diei 3tia Decembris, cujus initium: *Pijs et Devotis*; tum secundum Decretum Sacrae Congregationis de Propaganda fide, die 24 septembris 1643, coram Summo Pontifice celebratae latum, concedendo Episcopis Ruthenis in suis Dioecesibus pro instruenda in literis humanis et scientiis juventute, erigendi scholas etc. providere. Porro petita scholae erigendae, aperirent Oratoribus viam magis exercendae Missionis, quia etiam Schismatici, dantes pro educatione suam juventutem, possent cum iisdem Oratoribus seu potius Oratores cum illis contrahere civitatis amicitiam; per quam daretur modus cum iisdem Schismaticis de Unione Sancta conversari, etc. Tum quia his scholis habitis praeccluderetur via Juventuti non solum Schismaticorum, verum etiam Catholicorum Ruthenorum eundi Kijoviam et Czernihoviam, extra limites Regni, ad ibi studia quaerendi apud exoticos, in Moschorum Academijs, quae quidem juvenus Disunitorum tam praetextu suae disunionis tacite, quam Ritus publice, Unitorum cero filii ratione Ritus proprii tacite ad dictas Schismaticorum Academias vadunt, et omnem malitiam acquirunt. Quia vero Oratorum Congregatio sub auspicijs et immediata jurisdictione Eminentiarum Vestrarum est, ideo iidem Oratores seu supra scriptus Procurator suo et P. Abbatis Generalis sui nomine supplicat humillime Eminentijs Vestris, et momentum in praemissis precibus Suae Beatitudini addere, et pro conferendis gratiis petitis et pro recommendatione tam Illustrissimis Episcopis utriusque Ritus, Latini et Graeci, illarum in Regno Poloniae partium Ordinarijs, quam etiam Celsissimis Principibus et Bonorum suorum Dominis, ut quisque ipsorum non referendo se unus ad alium, nisi ab Oratoribus submissee requisitus pro ratione Juventutis suorum subditorum modernos Oratores circa erectionem scholarum praetensarum suis auxiliis juvare et protegere faveant, et favere non graventur. Quod ex gratia, etc. etc. ...

1047.

1759.

*Eiusdem argumenti.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 783, f. 297.

Beatissime Pater.

Hieronymus Oziemkiewicz, Ordinis S. Basilij M. Congregationis Ruthenorum Procurator Generalis, Sanctitatis Vestrae Orator devotissimus, prostratus ad pedes Beatitudinis Vestrae, nomine P. Abbatis Generalis seu Protho Archimandritae ejusdem Congregationis humillime supplicat pro Privilegijs Suae Congregationi benigne conferendis posse aperiendi seu erigendi novas scholas publicas omnium Classium in locis ad id commodis, et nominatim in Civitate Luceoriensi, Palatinatus Volhinae, in Monasterio Exaltationis Sanctae Crucis, ubi Oratores suum studium Philosophicum habent; In civitate Cremenecensi, in Monasterio tituli Epiphaniae Christi Domini, Dioecesis Luceoriensis; In Monasterios Camenecensi *ad Cathedralem* Ecclesiam in Confiniis Valachiae; In Monasterio Szarogrodensi, Dioecesis Camenecensis, itidem ad confinia Valachiae; In Monasterio Brestensi, ad Ecclesiam SS. Petri et Pauli Apostolorum, ubi etiam Photiani sunt, habentque suam Ecclesiam Parochialem cum Monasterio, in Monasterio Bilo-
Decretis S. Concilii Tridentini atque Summorum Pontificum sancitum fuit, quatenus bannae ante nuptias publicentur, nihilominus id in Decanatu Humaniensi rarissime practicatur, et sine ulla dif... et distinctione personarum neosponsis a Parochis confertur benedictio statim ac aliquam solverint pecuniam; unde per negligentiam aut potius avaritiam Parochorum plurimae personae capite plexae fuerant, utpote inventae plures habuisse sponsores aut sponsas, et quamvis hac in causa iudices laici ad loci Ordinarium se referunt, tamen hucusque nulla delinquentium Parochorum subsecuta est puniatio.

(f. 72v) Supina Parochorum negligentia id efficit, quod major pars incolarum pertinaciter in Schismate perseveret, quos deberent sua doctrina et instructionibus ab errore amovere, atque ad suscipiendam Unionem cum S. Ecclesia orthodoxa allicere; sed R.di Parochi nullam hac in re sibi dant operam, quinimo nonnullos a Cerimoniis Catholicis alienant, nam plerique vindicta permoti, aut privati commodi causa ex Confessionibus sibi factis (: quae sacrosanctae, et secretae deberent esse:) publice produnt, redarguunt, diffamant; quare plurimi timendo haec absurda Kijoviam aut alium in Walachiae adeunt locum ad confessionem faciendam, reliqui vero malunt potius non confiteri.

Difficile est enarrare quae et quanta crimina a Parochis committantur, jam enim furta, adulteria, conditiones cum latronibus publicis haydamacis, homicidia, mutilationes, effusiones sanguinis in Cauponis, nundinis, viis publicis, dedicationibus ecclesiarum, sacrilegia, et alia horum similia facinora practicantur, infantes sine baptismo, adulti sine Sacramentis persaepe moriuntur, pluribus hebdomadis in Parochia nullae celebrantur Lithurgiae, tam propter negligentiam quam propter absentiam Parochorum, qui malunt se conferre ad nundinas, ut possint suo vacare commercio, quam munere fungi Sacerdotis.

Quum R.dus Officialis per vindictam in suos Collatores soleat interdicere ecclesias, eas sigillando (: quod nunquam practicatur in Polonia praeterquam in Synagogis Iudaeorum:), unde tota Parochia urgens in spiritualibus patitur detrimentum, sic etiam nonnulli Parochi propter privata odia, aut malitiam suos excommunicant Collatores, ejus sequendo esemplum, ecclesiis suis, nulla habita canonica ratione, sigilla apponunt, Liturgias celebrare denegant, Sacramenta administrare recusant, verbis scommaticis et anathe-

matibus proseguuntur; et quamvis id representetur Superioribus, tamen nulla subsequitur satisfactio, quinimo R.dus Officialis studet eorum excusare absurda, atque eos incitat ad vindictam.

Quamvis secundum antiquam consuetudinem R.dis Parochis administrantur omnia a Collatoribus, quae ad honeste ducendam vitam, commodam et decoram situationem eorum conditionis pertineant, scilicet in agris, pratis, pascuis, hortis, pomariis, piscinis, lacubus, mullificiis, ac tamen R.di Parochi non contenti sunt, et sub diversis pretextibus a Parochianis violenter eripiunt, jam enim pro nuptiis, infantum baptisate, praesentatione, benedictione Paschae, administratione Sacramentorum necessario pecuniam pretendunt, et quum accidit quod quispiam moriatur, tum R.di Parochi haeredes se ex asse constituunt, et nullomodo cadaver inhumare permittunt, antequam omnem defuncti suppellectilem, nulla habita consideratione viduae, infantum non accipiant; quare visum est pluries quod cadaver ex ecclesia eiceretur, maneretque insepultum, fossaque per parentes defuncti facta inaniter repletur.

Quum opus sit aliquam in novis Colonis aedificare ecclesiam, tunc R.dus Officialis exigit pecuniam pro consecratione loci, pro benedictione circa positionem primi lapidis, pro literis facultatem aliquam in spiritualibus illi loco impertientibus, pro institutione Parochi, sua ordinatione, hos vero qui nullam habent pecuniam pro ordinatione, quamvis capacissimi forent et honestissimi, nullo modo vult ad (f. 73) presbyteratum admittere.

Idem R.dus Officialis privata autoritate sua debita a Parochis contracta per medium solummodo contendit exsolvere, ea absolute conatur quatenus jurisdictio saecularis ab ipso dependere possit, contrarium vero sentientes excommunicatione prosequitur, aut appositione sigilli eorum ecclesiae.

Paschali tempore nulla administrantur Sacramenta, non nisi his, qui secundum taxam a Parochis factam pecuniam exsolverint, aut in defectu aeris aliquot dies eis laborare promiserint; impossibile est explicare quid pretendant pro nuptiis, baptisate, confessionibus et aliorum Sacramentorum administratione.

Secundum antiquas loci consuetudines Collatores et Fundatores assignant R.dis Parochis in titulum erectionis agros, scilicet jugera triginta sex, ex quibus singulis annis unusquispiam colligere potest tritici aut alius frumenti saccos quadringentos nempe mensuras Polonicas, quarum quaelibet cum jam vilissimo pretio ad minimum constat tribus paulis Romanis, insuper dantur eis in pratis jugera totidem, pascua libera nonnullis, mellificia, pomaria, horti, piscinae, et alia id genus conceduntur, quae ad honestam et commodam ducendum vitam pertinent; notandum vero quod ad omnibus R.di Parochi exempti sint oneribus, neque obligati sint ad conservationem ecclesiae ornamentorum, neque ad provisionem vini, cerae, olei, aliarumque rerum similium, nam his omnibus a Collatoribus aut Parochianis semper providentur.

Quaelibet ecclesia habet sibi assignatum mellificium, unde ceram in

usum ecclesiae, mel vero venditur, et pecunia in commodum ejusdem convertitur. Nihilominus R.dus Officialis haec omnia censet non sufficere Parochis, atque personas quas Collatores presentant ad presbyteratum suscipere recusat, hos non nisi suscipit, qui solvere pro testimoniis ei promittitur. Pretendit quatenus plura his adjungantur ut majores census, quos Cathedralicum vocant, possit ab ijs extorquere, quorum pauperrimus singulis annis debet ipsi quinque, reliqui vero pro sufficientia usque ad decem exsolvere scuda.

Idem praefatus Officialis, post obitum uniuscujusque Parochi, nulla habita consideratione viduae, infantum, successorumque legitimorum omnem defuncti suppellectilem sibi pertinere contendit, et multorum viduas et amicos opprimit, excommunicat, crudeliter percutit, quatenus omnia redant. Pauco tempore quandam defuncti Parochi viduam praegnantem, sperans aliquam apud se invenire pecuniam, ita virgis caedere ausus est, ut brevi post tempore mortua fuerit.

1066.

1761.

De transitu Petri Bielanskyj ad Riturum Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 788, f. 32.

Beatissimo Padre.

Pietro Bielanski, del Palatinato di Russia in Polonia,¹⁰⁶ nato, e battezzato nel Rito Greco Ruteno, Oratore Umilissimo della S. V., ossequiosamente rappresenta qualmente sino alli anni 18 egli è passato dal rito Ruteno al Latino, nel quale presentemente egli vive, ed, essendo chiamato allo stato Ecclesiastico, per tanto supplica umilmente la somma clemenza della S. V. a volersi degnare d'accordare la facoltà a Monsig. Arcivescovo di Leopoli, dove egli presentemente ha la sua residenza, di volerlo ordinare etiam ad Presbyteratum nel rito Latino. Che, etc. etc. ...

1067.

1761.

De dispensatione ab impedimento bigamiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 788, f. 185.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Michael Aximkiewicz, Ritus Ruteni, devotus EE. VV. Orator humili-

¹⁰⁶ Agitur de Petro Bilanskyj, dein Episcopo Leopoliensi (1780-1798), Cfr. de eius nominatione in *Epistole Metropolitanae Jasonis Smogorzewskyj* (ed. Romae 1965).

ter exponit se matrimonium contraxisse et habere in uxorem quamdam mulierem viduam, ideoque ob Bigamiam et Irregularitatem contractam absque Dispensatione ad Sacros Ordines se promoveri facere non valere, supplicat propterea EE. VV. quatenus, non obstantibus praemissis, dignentur eidem concedere Dispensationem et gratiam ad hoc ut omnes sacros et Praesbyteratus Ordines suscipere possit et valeat, cum commissione Metropolitano Ruteno sive eius Officiali. Et de gratia, etc. etc. ...

17 Feb. 1761.

1068.

1761.

De transitu ex Ordine S. Pauli Eremitae ad Ordinem Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 788, f. 195.

Eminentissimi, Reverendissimi Domini, Domini,
Benefactores Colendissimi.

Carolus Makowski, Ordinis S. Pauli primi Eremitae Professus Praesbyter, humillimus Orator, supplicat Eminentissimis Vestris, quatenus ille ex Parentibus Graeci Ritus-Uniti natus, et solummodo ex instinctu Religiosorum sui Ordinis ad Religionem quam profitetur impulsus, nunc vero in eadem ex omni parte afflictus, ab omnibus summopere vexatus, ad Religionem Monachorum Basilianorum Ruthenorum potest transire, quotiescunque benevolos sibi invenerit Receptores, pro quibus adinveniendis spatium longius expetit. Quam gratiam Deus, etc. etc. ...

Die 21 Januarii, 1761 anno. Varsavia.

1069.

1761.

De absoluteione ab irregularitate ob adulterium commissum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 789, f. 49.

Eminentissimi et Revd.mi Domini

Michael Hanasiewicz, Presbyter Ritus Graeco-Rutheni Uniti, Dioecesis Premisliensis, Peregrinus Polonus, humillime Eminentissimis Vestris exponit, qualiter ipse, stante diuturno morbo legitimae Uxorae suae, ex fragilitate carnis adulterium cum alia muliere conjugata commiserit. Cumque ob idem delictum ad iudicium Ordinarii sui citatus fuisset, non tantum Beneficio Parochiali loci Tatarae, quod possidebat, privatus, sed etiam ad carceres per annum subeundos condemnatus fuit. Quoniam vero Oratori modus et facultas deest agendi in foro contentioso adversus gravaminosum Ordinarii decretum, Eminentissimis Vestris supplicat, quatenus dicti Episcopi misericordiae se Oratorem commendare dignentur, ut mitius ageret cum poenitente et ha-

bita ratione paupertatis suae familiae de alio sibi Beneficio providere velit. Quam gratiam, etc. etc. ...

die 1 Iunii 1761.

1070.

1761.

Subsidium pro Hospitio et Ecclesia SS. Sergii et Bacchi in Urbe.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 789, f. 337rv.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Ignatius Wolodzko, Ord. S. Basilij M. Congregationis Ruthenae Procurator Generalis, humillimus Orator, dudum secum cogitans, quomodo ruinis Domus suae occurrere, et unde indigentis ejusdem providum subsidium ac utile auxilium deprecari possit? Vestrae, Emin.mi Ecclesiae Principes, commendatae per orbem pietati in Pauperes multum confusus, cum profundissimo obsequio pro subsidio supplicat EE. VV., quove felicius voti compos fiat, genuinam status sui, in quo reperitur, descriptionem demississime porrigit, ac Imo: Domus sua ad SS. Martyres Sergium et Bacchum, a sa.mem. Urbano PP. VIII, liberaliter suae Nationi data, liberalius pro erigendo monasterio destinata, in ruptis tectis, et scissis parietibus inevitabilem minatur ruinam. Cui, licet subsidiis ex Provincia missis aliquoties obviatum est, nunquam tamen satis provisum (f. 337v). Reditus enim dictae Domus ultra 100 scuta, a felic. record. Cardinale Barberini, pro sustentando Procuratore inscripta et paucissimi et incerti sunt. 2do: Ecclesia praelaudatorum suum nullum particularem proventum habet, expensas vero et multas et quotidianas, quinimo, in praesentiarum, sine ullo reddito, 200 dicendarum in anno Missarum obligationi est subiecta, ornamenta quoque ecclesiae, praeterquam quod pauca et pauperrima sint, insuper maxima ex parte vetustate consumpta. Quare millies milliesque instat et supplicat EE. VV. pro subsidio, infiniti obsequii et gratitudinis cum sibi tum Nationi inscribens nomen, et obligationem, etc. etc. ... Die 8 Iunii 1761.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 789, f. 335.

Testimonio del Muratore.

Io sotto scritto capomastro muratore avendo bene visitato, esaminato e misurato total'hospizio della Venerabile Chiesa della Madonna S.ma del Pascolo, il puro necessario da farsi per riparare alli danni de tetti e muri e siti persi, cioè suffitti non servibili, di rialzare parte di muri cativi, e ristaurarli in bona forma, ridurli habitabili con maggiore utile, e sicurezza, di non spendere tanto ogni anno; di più per riparare dalli artefici il detto Hospizio, avendo stimato e veduto il puro necessario, potrà ascendere la spesa circa scudi mille e seicento e cinquanta moneta Romana, questo è quanto posso dire in mia coscienza.

Scudi 1650. Alii 30 di Maggio 1761.

Io Pietro Francesco Fontana capo Mastro Muratore mano prop. Pro Ignazio Wolodzko, Procuratore Generali Cong. Ruthenae.

1071.

1761.

Pro incarceratione cuiusdam monachi vagantis per Urbem.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 791, f. 148.

Emin.mi et Rn.dmi Domini.

Ignatius Wolodzko, Procurator Generalis Congr. Ruthenorum, humillime EE. VV. exponit, quomodo Pater Samuel Skotnizki, ejusdem Congr. ex Provincia Russiae Apostata, posthabita ratione et decencia status Religiosi ab aliquod diebus jam Osterias frequentat et inebriatus cum scandalo vagatur per hanc Capitalem, admonitus non tantum non abstinet a malo, sed insuper adiicit peiora primis, ut olim in hoc vitio famosus. Siquidem in Provincia Russiae a Superioribus suis de eodem vitio admonitus, nunquam resipuit, incarceratus duodecies, carceres duodecies effregit et totidem factus Apostata; exponit, inquam, humillimus Orator et supplicat EE. VV., ut cum non habuerit in sua Residentia praefatum Patrem Samuelem commodum coercedi, de gratia EE. VV. ad locum concetionis hujus capitalis eundem tradere possit. Quam gratiam Deus, etc. etc. ...

(f. 149v) In Congregatione Generali, die 14 Decembris 1761. A. R. P. Vicegerenti votis, qui provideat.

1072.

1762.

De causa provisionis Archimandriae Dermanensis et de spolio eiusdem.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 42-43.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Causam Monasterij Dermanen. Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum, quae resolvenda pendet in hac Sacra Congregatione, Abbas Generalis ejusdem Ordinis humillime exponit EE. VV. pendere quoque ex altera parte in Tribunalibus Regni Poloniae, quae cum inter Potentes pertractanda maneant, et de spolio fundorum dicti Monasterii agendum sibi fuerit tum in Generalibus Regni Comitibus, tum in Provincialibus Regni Officiis, adeo mentem et attentionem ipsius ibi per faciendam distractum tenuerunt, ut in transmittendis documentis necessariis ad promovendam Causam in hac Sac. Congregatione obligationi suae ex integro nondum satisfacere potuerit. Quocirca interim Decreta, quae in Generalibus Comitibus et aliis Officiis Regni favore dictae Causae Orator obtinuit, in seperato folio exhibet EE. VV., num. 1. et 2, ex quibus ad evidentiam constat: quod Princeps Sangu-

sko, et Princeps Lubomirski a multis annis Monasterium Dermanen. suis fundis in magna parte spoliavit, ut demonstratur ex Summario numero 1. *Quoniam*, et Summ. numero 2. §. 2: *Quamvis*. (f. 42v) Cum vero causa de restitutione dictorum fundorum Monasterij actu pendeat, ac in proxima futura cadentia ... Iudiciorum Terrae Vladimiriensis. ... terminum *peremptorium et irrevocabilem pro finali resolutione sibi praefixum habeat*, ut liquet ex Summario numero 2. §. 3, humillimus Orator eadem occasione supplicat EE. VV. pro dilatione Causae Principalis scilicet ut suspensa resolutione dubii de electione Abbatis et de jure Patronatus, quod disputandum asumptum est, dignentur assumere dubium ... An sit locus executioni Bullarum favore Rev.mi Domini Episcopi Kelmen. expeditarum pro retentione etc. Quamvis enim Orator haud ambigit se probaturum quod dictum Jus Patronatus sit passivum in Patrono Monasterii, seu dependenter se habeat ab electione Monastica; quinimo quod si etiam dictum jus fuerit activum in Patrono, nihilominus propter dictas circumstantias, quod idem Patronus dictorum Bonorum Monasterii maximam partem occupaverit, praefatum jus prorsus amisit, ut ex Sententia Conc. Tridentini liquido constat, quam Sess. 22: de Reform., Cap. XI, contra (f. 43) occupantes bona Ecclesiarum disertissime pronuntiavit, §. *Quodsi*, ibi: *Quodsi ejusdem Ecclesiae Patronus fuerit etiam jure Patronatus ultra praedictas paenas eo ipso privatus existat*.

Quia tamen Causa de avulsione Bonorum Monasterii Dermanen. brevi in Tribunali Terrae Vladimiriensis definitivam Sententiam habitura est, ut ex Summario numero 2, §. 3, supra demonstratum est, et a dicta Sententia multo dependet favorabilis resolutio propositi dubii in hac Sac. Congregatione, ea propter humillimus orator preces suas renovat apud EE. VV. ut suspensa dicti dubii resolutione de electione Abbatis, et de jure Patronatus Patroni Monasterii, assumere interim dignentur resolvendum dubium: an sit locus executioni Bullarum expeditarum, etc.

Quam gratiam, etc. etc. ...

1073.

1762.

De transitu ad Ritus Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 87.

Eminentissime Pater.

Fr. Evaristus, Mariampolensis Clericus, Novitius Capuccinorum in Provincia Poloniae, aetatis 20 annorum, Orator humillimus, postquam in ritu Graeco natus, attamen in Latino educatus, et idiomatis Rutheni prorsus ignarus, interveniente ignorantia istius nativi ritus apud Superiores Ordinis ad Religionem praefatam anno 1761, 25. Julij, susceptus esset, supplex fit S. V. pro Dispensatione quoad ritum suum nativum, ad effectum permanendi in suscepto Religioso Ordine, pro gratia etc. etc. ...

27 Marzo 1762.

1074.

1762.

De vita et moribus Philippi Wolodkowicz, Metropolitanus Kiowiensis.

APF, *Scr. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 89rv.

Eminentissimi et Reverendissimi Domini,
Domini, Domini Clementissimi.

Sacra Episcopatus prout est omnium sublimior, ita gravitatem oneris, angelicis humeris formidandam, in Episcoporum imponit brachia. Illi enim qui facti forma gregis ex animo, tum propriis, tum gregis sibi commissi commodis ac salutis consulere tenentur; ideoque debent esse integri, modesti, humiles, irreprehensibiles, in oratione et lectione assidui, in alienae salutis cura defixi, non turpis lucri cupidi, justi, sancti, continentes, ut redemptae preciosissimo sanguine Jesu Christi Oves, in hanc pulcherrimam Pastorum suorum intuentes imaginem, ardentiori erga Deum amoris accensi igne, attentius Christianorum Officia, in sobrietate, justitia et pietate persolvere valeant.

Hanc Deo charissimam, hominibus amabilem boni Pastoris imaginem turpissime deformarunt in Rev.mo Domino Feliciano Wolodkowicz, Episcopo Vladimiriensi et Bestrensi, Coadiutore Metropolitano totius Russiae mores depravati, Clerum et universum populum scandalizantes, per actus manifestos incontinentiarum.¹⁰⁷

Si enim integritatem vitae ejus Vicaria Christi Potestas accurate inquirere voluerit, videbit incontinentiarum Udone illo damnato; exuberanter hanc suam incontinentiam demonstrant isti actus, videlicet: Nimum frequens diu noctuque cum Neophitis, quas de Sacro fonte levavit et in Bonis tum Mensae Metropolitanae sibi locatis, tum suae Episcopalis dispositrices constituit; familiarissima, quinimo semotis arbitris conversatio, earundem de facultatibus Ecclesiae signanter magna ditatio, in uno eodemque Palatio secum commansio, ad mensam ad latus suum assessio, ut sui aulici talia videntes cum admiratione dicere soleant: nefas est ut Episcopi limina pedes Mulierum terant, aliaque incedentis amoris signa erga eas saepissime exhibita non modo apud Clerum saecularem, verum apud laicos, quinimo honestioris status et conditionis summam infamiam contrahunt, sed nec his ad extinguendum inveteratae carnalitatibus fervorem contentus Neophitis, verum cum summo scandalo Religiosorum Sancti Basilii Magni, in aedificiis

¹⁰⁷ Contra novum Metropolitanum (1762) plures obiectiones motae sunt, varias ob rationes; ex alia tamen parte plurimi viri magnae notae et rerum et circumstantiarum periti contrariam dederunt opinionem, nempe in eius favorem. Persona haec, etiam ob suum characterem, multas suscitavit controversias. Iuste an non, non satis constat, quia eius biographia, documentis authenticis innixa, nondum scripta est. Et tamen periodus haec difficilis in Ucraina et prima auctoritas huius temporis iuste maiorem delucidationem desiderare facit. Optimum thema historicum, et, ut credimus, gratum.

Praedialibus, ad Monasteria Abbatialia Dubnense et Dermanensae pertinentibus, alias conservat meretrices et, quod dolendum, in tam enormibus insordescendo habitibus, nolens tam atroci animae suae consulere morbo, medicum gnarum ad sanandos inveteratos defectus non curat, sed Paenitentiariorum linguam tantum sclavonicam callentes, propter cantum et Euchologium in Choro dirigendum, eligit, de sola Missa, ad Ordinem Presbyteratus promotus Theologos vitat. De his omnibus juratum praestabunt testimonium coram Tribunali Apostolico in Polonia vocati mandato Sanctae Sedis Monachi S. Basilii Magni, videlicet Cornelius Soroka, Ferdinandus Gessenski, Sebastianus Leonowicz et alii plurimi, qui fuerunt et qui in praesentiarum sunt Vicarii Monasteriorum Abbatialium Dubnensis, et Dermanensis, qui tam scandalosae vitae et morum infamium sunt oculati testes.

In oratione et lectione librorum non modo assiduus verum nemo unquam vidit eum Officium Canonicum recitantem ad quod recitandum votis Religiosis obligatur, nec libros, utpote Canonicos, Morales, Praxim Episcopalem, etc. legentem, hinc est quod si mensae suae assidentes discursum spiritualem proponant, illico inhibet illis his formalibus: apposita est vobis mensa, ut comedatis et bibatis, non discurratis, quae inhibitio hac de causa provenit, ne alicuius difficilius dubii ab Episcopo quaeratur resolutio, quam dare penitus incapax, quae incapacitas manifestaretur S. Sedi, si ad mandata huius Vicariae Christi Potestatis, coram Sacra EE. VV. Congregatione subiret examen, ab assignatis Examinatoribus, vg. Rev.mis PP. Dominis Sierakowski Archi-Episcopo Leopoliensi, Valentino Wenzyk, Episcopo Chelmensi, latinis.

Concreditarum ad pascendum, a Supremo Pastore Christo, ejusque Vicario in terris Summo Pontifice sibi ovium, nullam salutis curam habet, etenim spreto Decreto Conc. Trid., Sess. 23, C. I. de Refor., neque in solemnioribus Festis neque in majori haebdomada ad Ecclesiam Cathedralem residet, Dioecesim non visitat, ideo nec Pastor oves, nec Oves Pastorem noscunt sed ut est turpis lucri cupidissimus, quaerens quae sua sunt non quae Jesu Christi, oeconomiae et negotiationibus omni studio et contentione dat operam. Et quemadmodum ipse, ad Dignitates et Honores Ecclesiasticos ambitiose aspirans, Simoniace eosdem adeptus, nam praeter Cathedralicum, per varias exactiones et gabellas e Clero Dioecesis Chelmensis, videlicet pro Antimensalibus, Visitatione Ecclesiarum, Poenis criminalibus a Parochis emuncta non modica pecunia, Coadjutoriam Metropolitae sibi comparavit, tandem vacantiam Vladimiriensem eodem modo simoniaco adeptus, nam derelictam pecuniam post pie defunctum Rev.mum P. D. Theophilum Godebski, Episcopum Vladimiriensem, piis usibus applicandam, nempe quatuor millia Curiae Regiae, praeter quot Ministerio et ejus Secretariis dedit.

Ita pariter omnes non aliter nisi pro pecunia sacris initiat Ordinibus, et quod stupendum, S. Sedis Apostolicae abutendo gratiis, quoties dispensationem super Impedimento Bigamiae, sibi per Organum Sacrae Nuntiatuae in literis missivis a D. Cancellario ad se directis inclusum recipit, toties

easdem literas, cupiditate auri ductus fabricare praesumit, acsi mandatum sibi esset (f. 89v) pro Dispensatione gratis data a quolibet dispensato 20.. recipere pro Curia Romana.

Et quod maxime dolendum, ex hujusmodi inestinguibili mamonaе cupiditate, ordinat tam rudes et indoctos pro pecunia, ut lumen fidei vix habeant.

Haec omnia ex amore iustitiae delata prout sunt realia et vera, exuberanter et evidentissimae S. Sedi et Sacrae EE. VV. Congregationi patebunt, si ad VV. EE. mandata, a congregato Universo Diocesum Chelmenſis Belzensis et Vladimiriensis Clero ab unoquoque de praemissis, juratoriam depositionem receptam EE. VV. remittet Rev.mus P. D. Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmenſis, prudentia, et scientia omnium quae concernunt Episcopum ornatissimus, praestantissimis virtutibus gloriosus, laboribus in reformandis Cleri moribus, in cura et vigilantia Pastoralis indefessus, vita et moribus exemplarissimus, pietate et clementia summus.¹⁰⁸

1075.

1762.

Facultates pro Episcopo Luceoriensi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 792, f. 349.

Emin.mi e Rev.mi Domini.

Ill.mus Rev.mus Dominus Sylvester Rudnicki, Episcopus Luceorien., imminente sibi decursu facultatum, quarum in similibus constituto opus est, supplicat EE. VV. ut in earumdem usu solita prorogatione gaudeat. Quam gratiam, etc. etc. ...

1076.

1762.

Querelae Parochorum Czychrynensium de oppressionibus ex parte Dominorum, cum enumeratione personarum et abusuum.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, t. 89, ff. 289rv.

Querelae Cleri Decanatus Czehrinen. Archidioecesis Kijovien. contra D. Potocki Commissarium et alios Dispositores Capitaneatus ejusdem Czehrynen. Ill.mo Domino Coadjutori Metropolitano expositae.

Ill.me, Excell.me et Rev.me D.ne, D.ne et Pastor Clementissime.

Nos miseri Praesbyteri Capitaneatus Czehrynen. existentes continuo praeaggravati a jurisdictione Aulica, confugimus ad Protectionem Pastora-

¹⁰⁸ Maximilianus Ryllo, Episcopus Chelmenſis (1759-1785), dein Peremysliensis (1785-1793). Cfr. etiam notam 100.

lem, supplicantes protectionem et levamen in afflictionibus nostris, quas nec pati jam possumus, et hae sequentibus breviter exprimuntur punctis.

Celsissimus Dux Joannes Cajetanus Jablonoski, Capitaneus Czehrynen., cum fuerit in suo Capitaneatu Czehrynen. contulit nobis benigne Praesentationes, commendavitque et consuluit nobis, ut nos ad auctoritatem et potestatem Ill.mae Excellentiae Vestrae, Protectoris nostri referamus, sub ala ejus in Unione S. vivamus, et Oves nostras fidem sanctam catholicam doceamus, sed DD. Dispositores ea omnia nolunt, vulgum contra nos fomentant, qui, absque rigore dissolutus in omne nefas, vetat nobis ne ad auctoritatem Vestrae Ill.mae Excellentiae nos referamus, minis nobis minantur, quod et claves ab ecclesia a nobis recipiuntur, prout jam a nonnullis receptae, et relegarunt Parochos a Beneficiis, et alios ex Valachia Praesbyteros susceperunt.

Dominus Stojewski, Commissarius anteactus Czehrynen., ex delatione Communitatis R.dos Theodorum et Stephanum Parochos Sobolewscen in Aula judicabat, et Marcas ab illis exigebat.

Dominus Podlesiecki, Gubernator Zobotinen., R. Petrum Parochum Kulikowscen. similiter judicabat, qui judicatus Marcas 9 Rublorum dare debuit.

D. Wyczalkowski, Gubernator Czehrynen., R. Alexium Parochum Szabelnicen compedibus ligavit, et per aliquot hebdomadas in fovea una cum mancipiis detinebat, angarizabat et flagellabat.

D. Broniewski, anteactus Commissarius Czehrynen., dedit mandatum in scripto serium, ad R.dum Parochum Medwedovien., ut Monacho ex limitibus Moschoviae profugo cum aliena uxore (:de qua homines murmurabant quod fuit uxor Cosaci, Sotnik vocitati:) matrimonium benediceret, qui ex serio mandato hoc perficere coactus fuit, is vero Monachus statim post nuptias fugit inde ad Cosacos, sed magnam quantitatem pecuniae praedicto D. Commissario solvit.

D. Wyczalkowski R. Demetrium Parochum Sankowscen. compedibus ligavit, ad carceres intravit, flagris caesit, et a Parochia denique relegavit, quod alteri transfugae ex Valachia pro Rublonibus 40 vendidit.

D. Potocki Commissarius modernus Czehrynen., R. Clementem Grujewski, Parochum Zobotinen. incarcerabat, clavim ab ecclesia recepit, deinde in fovea detinebat, a Beneficio abjudicavit, illamque Parochiam R.do Clementi, filio Praesbyteri Czuplanen., recenter ex Valachia advenae ibidemque ordinato vendidit.

Rustici Zobotinen. Condratus Tarasenko, Stephanus Dubrowa, Andreas Kalnicz, Erasmus Orliczenko, Zinovius Masiczenko, et Basilius Kobasenko, veri contra Fidem Catholicam inimici, blasphemabant non semel Unionem Sanctam et Ritus Catholicos, claves ecclesiasticas apud se detinebant, et R. Clementem ad ecclesiam, ex ratione quod praestitit Fidei Sanctae Catholicae professionem, non admittebant (f. 289), idemque 40 Rublones dabant, quatenus exinde abeat, et ecclesiam Unione non prophanaret, et quod magis occidere illum gloriabantur, quae omnia fiunt ex permissione Domini Commissarii.

Domini Potocki Commissarius scripsit Perejaslaviam ad Episcopum schismaticum, quatenus Basilium, filium Praesbyteri Kryloscen. consecraret, prout jam rediit Praesbyter et in Krylos celebrat.

Dominus Rybicki jussit R.ndo Parocho Osokanscen. quatenus benediceret Matrimonium sororis uxoris suae cum Didascalo advena, qui ex principio dare noluit, postea ad mandatum id facere coactus fuit, postquam Benedictionem Matrimonii et mansionem patuit, quod iste Didascalus fuit Praesbyter ex Volhynia advena.

DD. Dispositores ejusdem Capitaneatus tali autoritate super Clero utuntur, quod matrimonia hominibus absque ullis ceremoniis ecclesiasticis benedicere adigant, prout ex Villa Kamionka iverat ab uxore vir propter lucrum, et alter etiam de Kamionka homo duxit illam in uxorem, quod factum est de mandato et scripto Domini Potocki, benedixit illud Matrimonium R. Kaminski, prius autem noluit dare benedictionem, et sese latitabat per sylvas a D. Commissario, sed postea inventus dare coactus, quia aliter puniretur et incarceraretur.

Consanguinitas in hoc Capitaneatu nulla reperitur, neque banna, nec timor Dei, neque pro malis et scelestis poena, nisi tantum ut solvatur pecunia, quo autem tempore homo adferret quietationem ex Aula ad Praesbyterum, mane vel vespere aut media nocte statim matrimonium benedicere oportet, disponente sic mandato curiali.

Alias injurias et oppressiones non possumus tam cito exprimere, sed lacrymantes supplicantes gratiam et protectionem Pastoralem, quatenus nos defendere et gratiae Celsissimi Collatoris commendare dignetur; scimus enim pro certo eundem Principem suadere nobis, ut nos referamus non ad quempiam alium nisi ad Excellentiam Vestram, Pastorem et Dominum nostrum singularissimum, atque ut eidem simus obedientes, sed DD. Dispositores, a vulgo obligati, ea omnia nobis vetant et interdicut, et hoc in eum finem, ut nobiscum quid vellent facerent, et Rustici juxta arbitrium suum nos regant. Quam gratiam ad Aras Dei regratificare studebimus, manentes Ill.mae et R.mae Excellentiae Vestrae, Domini et Pastoris nostri Clementissimi, suppeditanei Servi et Exoratores.

Elias, Parochus Zobotinen., Alexius, Parochus Szabelnicen., Petrus, Parochus Kulikowscen, Symeon, Parochus Medvedovien., Clemens, Parochus Zobotinen., aliique Praesbyteri Capitaneatus Czehrinen.

1077.

1762.

Querelae Parochorum in Ucraina de abusibus potestatis civilis, cum summario factorum.

ASV, Arch. Nunz. di Varsavia, t. 89, ff. 293-295.

Ill.me Excell.me et Rev.me Domine.

Redeunt denuo vix non ante Chmielniciani¹⁰⁹ funestissimi belli infelicia tempora, quibus, prout traditio vulgi hucusque refert, contra Divinas humanasque leges, imo contra omne fas non modo agrestis Populus verum spiritualis Ritus Graeco-Ruthenus in tota Ukraina sub jugo judaicae gentis plagentes et gementes, velut mancipia quaedam in servitute vitam suam deplorabant, dum et modo in nonnullis ibidem locis, praecipue in Bonis Ill.mi Domini Francisci Potocki, Palatini Kijoviensis, Humanszczyzna et Brailowszczyzna nuncupatis, sic suadentibus, ac Dominica commissa sibi potestate praecipientibus ipsius oeconomis, a perfida judaeorum gente, christiano nomini semper inimicissima, varia gravamina sorte tractantur, ac idem Ecclesiasticus Ordo circa immunitatem suam realem et personalem a modo dictis dispensoribus in contemptum adducitur; ut neque Divina Officia, neque solemnes Festorum dies, neque Sacramentorum administrationes absque Judaeorum nequitia, debite possint sustineri, prout sequenti bene inculcatur.

Imo: Oeconomi in dictis Bonis Presbyteros ad ligamenta contractuum cum judaeis factorum, vix non in toto cum subditis tradunt, inscribunt, et praedominari permittunt ita, ut si aliquis Presbyter pro commoditate sua ex altera villa adveherit sibi crematum seu alium liquorem, id totum judaei consulto illis obviantes, ac currus revidentes, si aliquid repererint, ab eisdem vi et violenter recipiunt, et ad Dispositorem loci laicum ad iudicium, pro solvendis per talem Presbyterum marcis, trahunt, prout patet ex *Sum. n° 1.*

2do: Etiam si dictus Ill.mus Dominus Palatinus libertates nonnullas et praecipue super Decima apiana in erectionibus et Praesentationibus semper exprimere solet, id tamen in executione nunquam practicatur, imo nimia exactione ejusdem Decimae per DD. Dispositores, iidem Presbyteri gravantur, uti probatur *Sommario N° 2, et 3.*

3tio: Certum est praefatos Dominos Dispositores non alium habere finem aedificandi in qualibet villa ecclesiam, nisi ut circa concursum populi diebus festivis, praecipue vero in Festo tutelari, majorem judaeus colligere possit pecuniam ac perinde Curiae suae majus tributum seu acuetionem Arendae persolvere valeat, super quo satis informabit Documentum sub *Sommario N° 4.*

4to: Praeter alia varia absurda, non desunt in dictis Bonis et haec: quod DD. Dispositores ad jura Parochialia sese ingerunt, taxam accedentium (f. 293v) Parochianis praescribunt, et constituunt, appellando ipsam, ac si fuerit ex Consistorio extradita, unde miseri Presbyteri ultimo vitae modo destituuntur, nam ex certis proventibus neque decimam partem congruae habere possunt, saepe saepius autem subditis plus dari solet fundi ac faenificiorum, quam Presbyteris, dicta igitur in toto Dominio Catholico imprac-

¹⁰⁹ Anno 1648-1656, temporibus ducis Bohdan Chmelnyckyj eiusque belli contra Regnum Poloniae.

ticata taxa et dispositiones Oeconomorum producuntur *Summario n° 5, 6, et 7.*

5to: Non tantum, ut supra relatum est, jura Parochialitatis, verum etiam Divina Officia ac Parochias iidem Domini Oeconomi ad libitum suum disponere et ordinare praesumunt, quod patet ex Documentis *Summario n° 8.*

6to: Paucis quidem hic et nunc videntur praedicta absurda probari documentis, sed reipsa plus centies vix non in quolibet loco dictorum Bonorum in dies perpetrantur praejudicia, unde evidenter patet haec omnia vergere in oppressionem non tantum Cleri, verum etiam Fidei et Ritus ejusmodi cum Sancta Romana Ecclesia Uniti, neque enim immunitas ecclesiastica, neque character indelebilis Personarum spiritualium, neque jurisdictiono ecclesiastica est quidquam dictis DD. Oeconomis in apprehensione, omnibus contraveniunt, omnia contemnunt, Personas spirituales ligant, verberant, flagellant, judicant, spoliant, ad carceres squallidos consulto pro iisdem extractos, quos per postpositionem Monasterium appellarunt, detrudunt aliasque ineffabiles violentias et injurias causant, summas notabiles ab iisdem Praesbyteris iam alias praesentatis et installatis praepostere sed aequae illicite emungunt, prout haec omnia ex porrectis nonnullorum tantum Praesbyterorum punctis et quaerimoniis luculenter patent, quae quidem puncta exhibentur *Summario N°. 10 et 11.*

His itaque brevissimo stylo Ill.mae Excell.ae Vestrae expositis, supplicatur quatenus praedicta absurda in Regno Catholico practicata, mediis quibus par est, et mediante suae Ill.mae Excell.ae auctoritate ac promotione extirpentur, injuriae Parochis illatae bonificentur, ac, ne amplius similia fiant, inhibeatur.

Quam gratiam, etc.

Summario N°. 1: Cedula Domini Gorzewski, Commissarij Umanen., ad R. Parochum Alexandroviensem scripta.

Pater Paroche Alexandroviensis. — Si quidem supra morem et praxim hujus orae advehebas crematum ad villam, quod est cum detrimento insigni Thesauri Ill.mi Haeredis, et cum depactatione Arendatarij, quod crematum publice repertum cum dolioto, et receptum ab Emissario, igitur absque ulteriori vexa digneris bonificare octo Marcas, aut compensare prout poteris. Nam hoc et Consistorium non laudabit, neque permittit, nam secus rixae inter nos sequentur. Datum die 17 Mar. 1761. In Wierzchowo. — Fr. Gorzewski, m. p.

Summario N°. 2: Literae Domini Dzwonowski ad Dominum Korzeniowski directae, de die 5 Augusti 1758.

Ad epistolam Dominis Vestrae talem do replicam, quod secundum universale edictum Ill.mi Domini Palatini conscribendae Decimae apiariae semel pro semper, est dispositio accipere absque ulla exceptione, tam a confraternitatibus, quam et a Spiritualium apisteriis, omissis alvearibus triginta, prout et solus ego per aliquot annos conscribendam, juxta hanc, expressam Domini dispositionem.

Summario N° 3: Literae Admodum R.di Decani Humanen. ad Dominum Gorzewski, Commissarium Humanen., de die 1 9bris 1760, directae.

Cum profundissima ad D. V. submissione meas dirigo literas, in quibus factas Decanatus Humanensis Praesbyteris injurias exprimere constitui et praecipue contra Ius Ill.mi Domini Collatoris datum et specificatum in erectionibus. Modo Decimae apiariae et tributum per sextarium a quolibet alveari per vim et violentiam recipiebantur, antea excipiebantur per alvearia 30. Hoc autem anno nihil cuique Praesbytero pepercit Aula, sinistre respiciendo Ecclesiasticum fundum, quod in dotem ecclesiae cum aliis attinentiis et pertinentiis semel pro semper datus, donatus cum confirmatione manus et sigilli Domini in aeternum oblatus. Agri expurgati et faenificia aliis diminuti, ab aliis recepti et commutati. Non commemoro quod Judaei interpretative in suis Arendatarijs contractibus tenent Praesbyteros hujus loci, et vetati prout aliqualibus subditis meliores in parte ad placitum accipere liquores, sed imo penes protectionem aulicam adigunt Praesbyteros suos, prout ipsis placet, etiamsi pessimos accipere liquores, nescitur per quam regulam. In ulla Dioecesi, et Dominio ut hae et tales Praesbyteris inferantur violentiae, non auditur, nisi hic ad limites Regni, nescitur quare? Nisi forsitan ex hac ratione prout frequenter vulgus narrat: Dominus procul, Deus alte manent. Quamvis Deus alte in Coelis, sed est ubique et in terra per ubiquitatem, et immensitatem suam essentialiter praesenter, Deus est ubique potenter. Item in illo sumus, vivimus et movemur, ut ait Doctor Gentium, scrutator Cordium, qui scrutabitur in Lucerna Hierusalem. Sileo quod stipendia ab antiquo practicata Praesbyteris quae dantur a pijs Christianis titulo sustentationis prohibentur dari. Sancti Patres et Jus Canonicum triplicem ecclesiasticam distinguunt libertatem seu immunitatem, videlicet Personalem, Localem et Realem. Personalis libertas est, per quam Persona spiritualis seu sacerdotalis a laica eximitur potestate. Localis immunitas est, per quam locus Plebanalis Residentiae cum omnimoda erectione sua (f. 294v) gaudet libertate. Realis libertas est, per quam res et supellectilia spiritualium Personarum sunt libera, ac a rapinis aliena. Haec triplex ecclesiasticae libertatis distinctio in Latini Ritus Personis suum intacte et inviolabiliter sortitur effectum. Etiam in Personis Ritus Graeci in alijs oris incorrupta manet totaliter, ut cuique bene consideranti evidenter patet. Solum hic illa spiritualis libertas, quoad omnes suas tres essentielles partes magnam patitur et suffert violentiam, forsitan ex hac ratione: sic volo, sic jubeo, stat pro ratione voluntas. Et in Veteri Lege Deus praecepit per Moysen debita Praesbyteris reddere stipenda, et hoc munus sibi ipsi Deus dari imputat. Vas selectum, Divus Paulus docet, ut Christiani omnem dent Praesbyteris sustentationem, qui Christianis ad Coelum aperiunt, et ad Infernum claudunt ianuam, per administrationem Sacramentorum, et praedicationem Verbi Divini, qui ad Liturgias Sacras et ad omnes Devotiones pro omni Christiano Populo, et pro toto mundo exorant Majestatem Divinam. Quos Exoratores (:ne plus tales habeant injurias et violentias:) simulque me ipsum gratiae et favorabilibus ejus commendans respectibus, profiteor me esse cum distinctissimo cultu.

Summario N^o. 4: Cedula Domini Horodyski ad Communitatem Chysinensem, de die 20 Maij 1753.

Locutor Chyzynensis et tota Comunitas Chyzynensis. Praecipio vobis quatenus Nundinas circa ecclesiam in Dominica Festivitatis non vitetis, quod esset cum damno Arendatarij, inquantum autem hae Nundinae juxta antiquum usum non essent, tunc pro ratha Sancti Joannis mittam ad solam Communitatem executionem, serio demando nomine Domini Commissarij crematum Domini ab Arendatore ad Human advehere et solus Locutor cum illo huc adveniat pro die Dominica. Currus autem de equis esse debet. Et siquidem Procopius Fundator illius Ecclesiae nullum ordinem facit, ideo demando quatenus uti Rector Confraternitatis faciat omnem ordinem, non considerando in suum Parochum, ne ambo Monasterium visitetis.

Summario N. 5: Literae D.ni Rudzki ad R.dum Gazubowski, Parochum Chyzynen, de die 21 9bris 1760, directae.

Intercessit hic Requisitio ex praetensione Damiani Rewa in Ceberna manentis a Domino Commissario quod Dominatio supra constitutos Canones a Superioribus extorques propter se commoda, et quod et Ill.mi Domini est expraessum jus, quod copiatim mitto Dominationi, qua debes contentari, nisi rogo hanc copiam detinere ad ulterius tempus, siquidem propter me hoc est necessarium. — Tynfones quatuor dum Dominationi promittunt, tunc sufficit hoc contentari, etc.

Summario N.º 6: Cedula Domini Gorzewski. Dominum Rudzki oblige quatenus Revae Cosaco Cebernanensi faciat justitiam ex Cornelio Szaporvata, apud quem suum equum cognovit, simul Poponi Chyzynensi rogo persuadere, et implicare se ad hoc, ne deputet subditos Dominicos pro benedictione Matrimoniorum, qui praetendit ab eodem Reva Flor. 18. Die 20 Novembris, 1760 anno. Fr. Gorzowski, m. p.

Summario N.º 7: Constitutio ex Consistorio extracta propter Parochos, qualia deberent a commissis sibi Parochianis accidentia pro labore recipere. Notandum quod haec Constitutio ficta per Dispositores.

Imo. — A Patrino qui est in Confraternitate per grossos tres, a vulgari homine qui non est interessatus ad reparationem Ecclesiae per grossos 6. — 2do. Pro Bannis per grossos 18, a benedictione Matrimonij Florenos 2. Et pro Missa in qua Personae sunt communicaturae Florenum 1. — 3tio. Pro Funere magno cum conductu grossos 15, et pro cantatione ceremoniarum ejusdem funeris Florenos 2, a lectione totius Evangelij Floreni 8. Pro Missa cum Didaecato Tynfonem 1. — 4to. Pro Funere Infantis conductu et cantatione Ceremoniarum, cum lectione Evangelij Tynfonem 1. — 5to. Pro benedictione Olei Infirmorum Flor. 1. — 6to. Pro quadragesima tota, nempe pro 40 Missis Flor. 40. — 7mo. Pro Missa una Flor. 1. — 8vo. Si aliquale daretur jumentum pro funere, Confraternitas debet taxare, cujus nam sit valoris et Praesbyter debebit absolvere obligationem pro anima ejusdem. — 9no. Pro Confessione Paschali a patre et matre familias per grossos 3, a Junioribus minus, alijs autem temporibus pro Confessionibus nihil debet recipi.

Summario N.º 8: Edictum Domini Ortynski ad Parochianos, ut coram Monacho conducto confiteantur Confessione Paschali, aliaque Sacramenta recipiant.

DD. Parochiani Cholodoven. — Sunt apud me in memoria ab annis duobus quaerelae continuae corum me et superioribus spiritualibus, quod per rixas vestri Parochi habetis conscientiam suam oneratam obstrictam peccatis, supplicatis mihi anno praeterito, ut vobis procurem apud R.mum Officiale Vicarium propter Paschalem Confessionem, sed hoc noluit praestare, ubi et modo nullum ex praedicto suo Parocho habetis Christianum ordinem, coram quo non confiditis, etsi non omnes suam illi patefacere conscientiam. Nam eius effrenata contra vos malitia et malevolentia timorem incutit, quod jam non unus vestrum animam perdidit neque antea neque modo potest justificari, et suam liberare conscientiam. Quare ego vos per amorem Christianum proximi rogo, ne in animabus, in conscientia sua aeternum patiamini detrimentum, quod modo habetis, sive hoc omnes sive non nulli imminentem Confessionem Paschalem absolvere in Tulczyn et plenarie a peccatis suis animam liberare. Qui quidem Praesbyteri habentes potestatem et auctoritatem plenariam, non tantum Roma a B.mo Patre, sed etiam et a solo Metropolitanano omnium hominum excipere Confessiones et Sacramenta administrare, ubi est consulto conductus Monachus Ruthenus, ut S. vobis daret Communionem et confessiones exciperet. Rogo igitur vos filij non per auctoritatem aliquam sed christiane per respectum super vestra conscientia, habetis ad hoc adhuc totam hebdomadam temporis. — Stanislaus Kostka Ortynski, m.p. Diei 20 Martij v. s. In Cholodowka.

Sommario N^o. 9: Literae Domini Ortynski ad Parochum Woronianensem, qui commendat illi Beneficium Chyzynecen.

Siquidem Parochus Chyzynecensis per ultimam gravitatem et ebrietatem immemor timoris jam per annum alterum nullum ordinem facit Parochianis neque Nundinas ad ecclesiam tempore tutelarum festivitatis, et aliis Praesbyteris prohibet celebrare, tam ille solus quam et uxor et praeterea intolerabiles contra suum characterem praebet hominibus vexas, igitur obligo te quatenus hanc Parochiam Chyzynen. et Katianensem accipias in suam dispositionem donec fuerit aliqua decisio R.mi Officialis Czaplic, et si haberes aliquem Processum ab illo homine scelesto, tunc ego ubique a jurisdictione spirituali protegere Dominationem spondeo et modo sum Dominationi addictus et inservire paratus. — Stanislaus Kostka Ortynski, m.p. — Die 26 Junij 1753, in Human.

Sommario N^o. 10: Cedulae ad R.dum Parochum Chyzynen. per Dominum Ortynski scriptae.

Pater Chyzynen. — Pridem jam tempus ut mihi residuitatem pecuniae advehas, quare et modo mitto executorem donec pecunias non exsolvas, quod cito commendo. Die 14 8bris 1750. In Human. Stanislaus Kostka Ortynski, m.p.

Item. Item Chyzinensis. — Mitto ad Dominationem Cosacos propter redendas pecunias pro praesentatione, qui debent hucusque resedere donec non advehet Dominatio. — Ortynski, m.p. Datum die 25 Maij 1750 Anno, in Human.

Item. Pater Chyzynensis. — Mitto consulto ad Dominationem quatenus

pecunias debitas advehas, sub irremissibili executione, commendo et rogo. Datum die 7ma Junij 1750 anno, in Humam. Stanislaus Kostka Ortyński, m.p. Maxima licofantia modo in spiritualibus, tam diu expecto. Ego non ero in causa dum Monasterium visitabis.

Item. Die 8va Junij 1751. Do hoc documentum Patri Jakubowski Chyzynensi Parocho, quod in vim debitae pecuniae pro praesentatione et erectione recipio altera vice aureos Hungaricales 4, efficit Floren. 72. Datum d. et anno ut supra, in Human. Stan. Kostka Ortyński, m.p.

Item. Ad ulteriorem calculationem reddidit Pater Simon Jakubowski Chyzynecen. Aureos Hungaricales, reddidit pro praesentatione. Datum die 28 7bris 1750 anno, in Human. Stanislaus Kostka Ortyński, m.p.

Summario N. 11: Iniuriae, violentiae et spolia varia R.dorum Parochorum Humanscensium in Bonis Ill.mi Domini Francisci Potocki, Palatini Kijovien., existentium, a Domino Stanislao Kostka Ortyński, Bonorum eorumdem protunc Commissario, tum ab alijs Dispositoribus factae, per Parochosque breviter connotatae.

Primus Parochus: Admodum R.dus Eustachius Tarnawski, Parochus Humanscen. Ecclesiae Obdormitionis B.mae Virginis. Is ex ratione obtentae per ipsum ad memoratam ecclesiam a solo Ill.mo Domino Palatino, et non a Domino Ortyński Commissario, qui in Blancctis alijs aspirantibus extradere ac describere, praevia pro ejusmodi extraditione notabili Symoniaca solutione, solitus fuerat Praesentationes una cum Erectione et specialiter concessis ac descriptis libertatibus, contra jura sua violenter et modo coactivo Judaeo Arendatori Humanscensi sic ut alij subditi Rustici in molendino cuiusque speciei segetis mensuram pendebat et pendit, nolentem vero eundem praefata facere, imo contrarium in fundamento specialium libertatum sibi concessarum operantem, praemissus Dominus Ortyński per milites Cosacos missos, in propria Domo plebanali invadere, profugum deinde ad ecclesiam suam, et se ibidem oclusum, reseratis violenter foribus, extrahere, ad Curiam publice sub armis adducere, ac in foveam injicere, graviterque percutere, perindeque morbum et defectum causare, verba de oribus proprijs haec: scis tu, Pope, quod liberum erat Ill.mo Palatino libertates et erectionem vobis concedere, et describere jubere, et iterum liberum eidem quidquid a vobis accipere, non formidavit proferre. Redivivus tandem Parochus post tale tractamentum, postquam Officio suo respectivo nempe Rev.mo Prymowicz, Officiali Kijovien., suas detulisset injurias, una cum alijs quamplurimis Parochis similia patientibus effecit id, quod dictus Dominus Officialis praemissis praemittendis interdixisset ecclesias Humanscen, ut hac via abstinere faciat Dominum Commissarium a faciendis iniurijs. En qualis hic abstinentia succesit. Miserum eundem Parochum idem Commissarius per milites ex Plebania iterum extrahere, (f. 297v) ad Curiam adducere, percussus graviter et adductum in foveam iniecit (:quam foveam monasterium propter lusum et postpositionem Cleri et Officii vocitabant:), in fovea mirabilia cum eodem more militum ut facere cum excessantibus incarceratis consueverant, prosequi et percutere, crines de barba violentissime

extrahere, saltare cogere et in saltu verberare iusserat ac praesumpserat, fundos ecclesiasticos ademit.

In Congregatione generali S. Romanae Ecclesiae, et Universalis Inquisitionis (f. 349v), habita in Conventu Sanctae Mariae supra Minervam coram Emin.mis et Rev.mis DD. S. Romanae Ecclesiae Cardinalibus in tota republica Christiana contra haeticam pravitatem generalibus Inquisitoribus, a S. Sede Apostolica specialiter deputatis: Lecto retrospecto Memoriali, Emin.mi, et Rev.mi DD. Cardinales praefati rescripserunt: — Ad Sacram Congregationem de Propaganda Fide, et Oratores absolvantur a Censuris cum reincidentia ad sex menses; facto verbo cum Sanctissimo. Et eadem die in solita audientia a SS.mo D. N. D. Clemente PP. XIII. Patri Comissario S. Officij impertita, Sanctitas Sua benigne annuit juxta Eminentissimorum DD. Cardinalium suffragium.

Petrus Paulutius, S. Rom. Eccl. et Venerabilis
Inquisitionis Notarius.

1092.

1764.

*Facultates pro Eparchia Volodimiriensi.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 806, f. 249.

E.mi, ac Rev.mi Patres, ac Domini.

Felicianus Wolodkowicz, Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, et Episcopus Ruthenus Vlodimiriensis, humiliter exponit Eminentijs VV., quod cum facultates Formulae 3^{ae} alias ipsi uti Episcopo Vlodomiriensi sub die 4 Jan. 1759 a SS.mo Domino nostro mediante ista Sacra Congregatione pro Diocesi Vlodomiriensi ad quinquennium benigne concessae jam expiraverint, supplicat proinde EE. VV. pro benigna confirmatione ad aliud quinquennium dd. facultatum, quibus oportune uti possit intra fines praefatae Dioecesis Vlodomiriensis. Quam gratiam, etc.

Die 24 Septembris 1764.

1093.

1764.

*De exemptione Archimandritarum ab iurisdictione Protoarchimandritae.*APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 371rv.

Eminentissimi e Rev.mi Signori.

Informatosi da molti e varj il P. Abate Generale de Basiliani de' Ruteni qualmente il Monsignor Metropolitanus appresso la corte del Re di Polonia tutte le premure faccia per ottener un contrario rescritto alle disposizioni della fel. mem. di PP. Benedetto XIV, stese nelle decretali: « *Inter plures* » et « *Super Familiam* », particolarmente ove si tratta della economia de' Abati del suddetto Ordine, umilissimo l'Oratore supplica le loro EE. di degnarsi raccomandare all'Ill.mo Monsignor Nunzio che apresso la Repubblica e la Corte del Re si interponesse per la osservazione delle suddette disposizioni della Santa Sede in tutti li Capitoli e Paragrafi.

Che della grazia, etc. etc.

Alli EE. Signori Cardinali della S. Congr. de Prop. Fide. 15. 9mbre 1764.

1094.

1764.

*Instantia Episcopi Smolenscensis latini pro facultatibus.*APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*; vol. 807, f. 31.

Reverendus admodum Gabriel Wodzinski, Episcopus Smolenscensis, hu-

millime supplicat pro facultatibus Episcopis concedi solitis, et quia difficillimum est ut in feria quinta Caenae Domini sit praesens in sua dioecesi, enixe rogat ut olea sacra in alia die benedicere possit. Quam Deus gratiam...
19. 9bris 1764.

1095.

1764.

Expeditur ulterior mora in uniendis parvis monasteriis Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 809, f. 178-180v.

B.mo Patre.

Risaputosi dalla santa mem. di Benedetto XIV, che i Monasterj della Provincia di Polonia dè Monaci Basiliani Ruteni erano ridotti a tale stato di povertà, che appena erano capaci di sostentare due o tre Monaci, ordinò colla sua sapientissima Decretale dè 2 Maggio 1742 che incomincia « *Inter plures* », che si facesse la unione di più Monasterj, donec in singulis Monasterijs decem vel saltem octo Monachi commode congregari possent, ibi, §: *Huic autem*, e congiuntamente commise la eseguzione di questa unione al defonto Metropolitanò, Atanasio Szeptycki.

Avendo dunque il Metropolitanò nel 1745 adunato nel Monastero di Antopol il Proto-Archimandrita, e Consultori Generali dell'Ordine, ed il Provinciale di Polonia, cò suoi consultori, (:o che non comprendessero il senso litterale della Decretale Pontificia, o che prevedessero la impossibilità di fare la prescritta unione in alcuni Monasterj, attesa la grandissima distanza, che tra essi fraponevasi: risolvettero di abbandonarne alcuni, insieme cò suoi Beni, acciò le Chiese (f. 178v) a quelli anesse servite fossero dà sacerdoti secolari. Ed infatti, dopo qualche tempo, li abbandonarono effettivamente, e si diedero tutto il pensiero per farsi, che in ogni Monastero si mantenesse il numero almeno di otto Monaci.

Molti però furono gl'ostacoli, che di poi si frapposero alla totale eseguzione di questo stabilimento. Mentre che da una parte i Discendenti di alcuni Fondatori Laici si opposero con vigore all'abbandono, riputandolo vergognoso all'estimazione dè loro Antenati, i quali nelle chiese di taluni Monasterj sono sepolti, o le hanno fondate acciò stessi, ed i coloni delle loro Possessioni adiacenti assistiti siano nello spirituale da Monaci, ed allegavano in oltre, come tuttavia allegano, l'esempio di quasi tutti gl'Ordini regolari latini, i quali nella Polonia ritengono simili piccioli Conventi, e Monasterj ove non risiedono più di due o tre Religiosi.

Dall'altro canto avendo la Provincia di Polonia fatta l'enumerazione di tutti i Monaci, o già richiamati da' piccioli Monasterj abbandonati, o da richiamarsi da quelli Monasterj che dovrebbero abbandonare, (f. 179) fu riconosciuto ascendere il loro numero a 190, dè quali era impossibile la collocazione, si per la mancanza di stanze nè Monasterj più grandi, si an-

cora per la impotenza di dare ad essi il conveniente sostentamento, si chè sarebbero stati costretti di vagare per la Polonia, con scandalo del Popolo, e derisione dè vicini Schismatici.

Queste cose maturamente essendosi considerate nel 1754, dal P. Eraclio Lisanski Proto-Archimandrita allora dell'Ordine, et in oggi Arcivescovo di Smolensko, supplicò il lodato Pontefice, che si degnasse di permettere che la Provincia di Polonia potesse ritenere quelli Monasterj, Residenze, e luoghi di Missione, ove possono mantenersi cinque Monaci, ed applicare a Monasterj da ritenersi i Beni stabili di piccioli Monasterj da abbandonarsi, coll'obbligo alla Provincia medesima di mandare in tutti giorni festivi uno o più Monaci a servire le Chiese annesse a sudetti Monasterj da abbandonarsi.

E quindi la Santità Sua, con Rescritto de' 30 Giugno dell'anno medesimo, si degno di benignamente condiscendere alle suppliche del P. Generale, permettendo alla Provincia di Polonia, di poter ritenere ad decennium què Monasterj e Residenze, nelle quali possono sostentarsi cinque (f. 179v) Monaci. Essendo pertanto vicino a spirare il decennio della Pontificia Concessione, il P. Ipazio Bylinski, Proto-Archimandrita dell'Ordine ed Oratore umilissimo di Vostra Beatitudine, prostrato a suoi piedi santissimi le rappresenta: che sebbene si siano per parte del suo Ordine impiegate tutte le diligenze possibili, per mettere tutti li Monasterj della Provincia di Polonia in tale stato, che ogni uno di essi capace sia di sostentare almeno otto Monaci, secondo la mente del Benedetto XIV, nondimeno non si è potuto ciò effettuare in ogni Monastero.

E, primieramente, sono stati già ceduti al Clero Secolare alcuni Monasterj, nè quali si è riconosciuto della fondazione. Ed altri già stati resi capaci di mantenere il numero de monaci stabilito dalle Costituzioni Apostoliche per la osservanza della disciplina regolare.

Lo stesso ottenutosi sarebbe ancor negli altri, specialmente in quelli, i Beni dè quali sono stati occupati dà vicini Possidenti. Ma siccome i frequenti incendj succeduti nella Polonia hanno molto difficultato la ricerca dè Documenti necessarj a tal fine, e dall'altro canto l'Oratore ha stimato meglio consiglio, e più conveniente alli Monaci di tentare le strade le più soavi, per persuadere (f. 180) i Detentori alla giusta restituzione dè fondi, che molti di essi possegono *bona fide*, per ciò la ricuperazione di essi richiede un tempo più lungo, e forse anche l'introduzione delle rispettive cause nè Tribunali competenti.

Altri Monasterj parimente sarebbonsi molto migliorati, avendo i descendentì dè Fondatori mostrata favorevole inclinazione di accrescerne le Fondazioni. Ma succeduta la morte del Re Augusto III, e distratti essendo i pensieri de' Magnati della Republica in cose più gravi, non possono ora effettuare le date promesse.

Di questa natura è la fondazione fatta, sono due anni, dal Principe Jablonski, di una residenza per due Monaci, confermata dalla Clemenza della Santità Vostra per mezzo dell'Eminentissimo Signor Cardinale Gio. France-

sco Albani, Protettore del Regno, e dell'Ordine de' Basiliani Ruteni. Poi ch  quel pio Fondatore promise di accrescere la sua fondazione dopo qualche tempo.

In questo stato di cose dunque l'Oratore supplica la Santit  Vostra degnarsi di concedere una Proroga di un altro decennio al decennio gi  benignamente accordato dalla sa.me. di Benedetto XIV, dentro qual termine pu  sperarsi con ragionevole fondamento la ricuperazione de' Beni avulsi, (f. 180v) l'accrescimento delle pie fondazioni, e l'intero adempimento degl'Ordini dati dal sudetto Pontefice. Nulla pi  essendo a cuore dell'Oratore, quanto la ubidienza a venerati Decreti della Santa Sede e lo stabilimento della disciplina regolare nel suo Ordine.

Che della grazia, etc. etc.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 809, f. 193-196v.

Informatio de Monasteriis Ordinis S. Basilii Magni Provinciae tituli Protectionis Beatissimae Virginis MARIAE ex Actis visitationum excerpta, et S. Nunciaturae Apostolicae humiliter exhibita; et I.mo quidem loco de Monasteriis iis, quae intra spatium labentis decennii a felicitis recordationis Benedicto XIV, Pontifice Maximo, praefixi, tum per auctas a Benefactoribus summarum inscriptiones, tum per minorum Residentiarum in Praedia conversiones, et majoribus applicationes seu incorporationes, ad meliorem statum, et pinguiores redditus (: qui honeste alendis Monachis juxta Ordinationem ejusdem Piae Memoriae Summi Pontificis sufficient:) pervenerunt; - 2do: de iis, quae etsi injuria temporum, Regnique porturbationibus ad similem sufficientiam necdum pervenerunt, prope tamen ad eandem accedunt, quapropter nomine Provinciae pro iisdem manutenendis Sanctae Sedi Apostolicae humillime supplicatum est, et ad praesens supplicatur; 3tio: de iis, quae in sequelam praeaudatae Ordinationis ob nullam spem augendae eorundem dotis in manus loci Ordinariorum dimissa sunt; 4to: denique de iis, quae ob tenuitatem reddituum nullamque fere ad praesens spem auctionis eorundem ad mentem Ordinationis Sanctae Sedis dimitti deberent, quae tamen si dimitterentur ob propinquitatem Moschoviae et Valachiae cum gravi animarum Christi fidelium damno certo a Schismaticis occuparentur, prout alia plurima in confiniis Regni occupata sunt; proinde zelo propagandae unionis cum Sacra Romana Ecclesia ad ulteriorem Sanctae Sedi Apostolicae dispositionem in corpore Provinciae manutenentur.

— Monasteria quae intra spatium labentis Decennii ad eum meliorem statum pervenerunt, ut praefixum a Sancta Sede Apostolica Monachorum numerum congrue sustentare valeant.

1. BIESIADENSE, in Dioecesi Leopoliensi, fundatum ab Ill.ma Theophila Sobieska, Castellana Cracoviensi, Anno D.ni 1659, Privilegio autem Serenissimi Joannis III, Regis Poloniarum, confirmante primaevam Antecessorum suorum foundationem, Anno Domini 1689, superadditos habet amplos fundos cum agris, fenificiis et sylvis, stagnum item magnum cum molen-

dino et braxatorio. Subditos 12, et summam in bonis certis et liberis locatam 1450 Floren. Polonicales. Tandem Anno currente inscriptione summae 15000 Fl. Pol. coram Actis consultationis nostrae Provincialis a Rev.mo Josaphat Wysocki, abbate Zulkiewiensi, sufficienter est provisum.

2. BILYLOVIENSE in Ukraina, in Archidioecesi Kijoviensi, fundatum a Celsissima Anna Korecka Anno Domini 1619; subditos ex Fundatione habet 30. Latifundia agrorum cum stagno, molendino et fenificiis amplissima et fertilissima. Ex munificentia Ill.mi Ducis Branicki, Castellani Cracoviensis, ab anno 1761 assignati proventus pecuniarii quotannis percipit 1000 Fll. Poll.; habet insuper alios proventus tum a summis antierius inscriptis tum ex Fundis et Ecclesia congruae sustentationi Monachorum sufficientes.

(f. 193v) 3. CZETWERTNENSE in Dioecesi Luceoriensi, a celsissimis Principibus Zbarasciis antiquitus fundatum. Anno vero 1642 per Principes Czetywertynscii in fundis agrorum et fenificiorum auctum. Tandem anno 1759 per incorporationem pro Praedio Residentiae Tuminensis ab iisdem Principibus in proxima vicinitate loci fundatae extitit abunde provisum. Praeter enim proventus ex propinationibus, molendino, et ecclesia, habet subditos 29, et summarum a variis Benefactoribus pro perpetuo censu inscriptarum 5600 F. Poll.

4. DEREWIANENSE aliter Wolicense in Dioecesi Chelmensi, ab Ill.mo Glogowski Capitaneo Buscensi anno 1662 fundatum; anno vero 1669 privilegio Serenissimi Michaëlis Regis Poloniarum confirmatum. Deinde anno 1711 ab Ill.mo Alexandro Joanne Jablonowski, Capitaneo Buscensi, Vexiliferi Regni, in fundis agrorum et fenificiorum adauctum. Tandem anno 1756 per applicationem pro Praedio Residentiae Jazienicensis in eodem Capitaneatu erectae cum agris, fenificiis, subditis et omnibus proventibus sufficienter provisum; habet enim ultra proventus accidentales ex ecclesia et fundis summas inscriptas 3000 Fll. Poll., subditos 14, piscinas duas, et duo numerosa alvearia.

5. HOSZOWIENSE in Dioecesi Leopoliensi, ab immemorabili tempore fundatum. Anno vero 1759 a Generosis Hoszowsciiis summis variis et fundis auctum. Tandem per applicationem Residentiae Pacikoviensis pro praedio cum agris et subditis extitit sufficienter provisum; habet enim subditos 11, latifundia agrorum et fenificiorum ampla, summarum pro perpetuo censu inscriptarum 17000 Fll. Poll.

6. HORODISCENSE in Dioecesi Luceoriensi, fundatum anno 1500 a Celsissimo Principe Korecki, Palatino Volhiniae, ex fundatione habet villam cum amplis et fertilissimis latifundiis agrorum et fenificiorum, cum stagno item magno et molendino, propinationem insuper liberam et alvearia. Ad sufficientiam sat congruam ex his accessit recenter inscripta summa 1000 Fll. Poll. et brevi certo accedet 5000 Fll. Poll. a Perillustri Magnifico Domino Mikulicz, venatore Braclaviensi, inscribenda.

7. KORSOWIENSE in Dioecesi Camenecensi, fundatum Anno Domini 1743, a Perillustri Joanne Baptista Dessieur, Colonello S.R.M. et R.P. Auctum deinde per incorporationem pro praedio Residentiae Holowczynensis cum

agris, subditis et omnibus proventibus. Ultra accidentales proventus ex ecclesia et fixos ex stagnis et molendino habet summas a variis Benefactoribus inscriptas 35700 F. Poll.

8. KRYLOSSENSE in Dioecesi Haliciensi, in Villa Krylos dicta ad Cathedralē Ecclesiam sive potius ad capellam Sancti Patris Basilii Magni sub turri murata Cathedralis ecclesiae efformatum, fundatum Anno Domini 1707, ab Ill.mo Josepho Szumlanski (f. 194), Episcopo Leopoliensi, Haliciensi, et Camenecen. etc., qui pro manutentione perpetua Monachorum ad hanc capellam inscripsit summam 10000 Fll. Pol.; sed quia proventus ab hac summa unica non sufficiebat pro sustentatione congrua monachorum, qui communitatem constituerent, proinde stante officialatu Religiosi Antonii Siedlewicz, anno circiter 1731 translata est ad hanc capellam miraculosa Imago B.ssimae Virginis Mariae ex Monasterio Nostro Sokuloviensi. Monasterium autem Sokulowiense prorsus derelictum est. Unde reliquum sufficientiae 4 Monachi habuerant ex elemosina, quae copiosa fuerat ad hanc Miraculosam Imaginem. Postquam vero emanaverit Ordinatio Sacrae Sedis obligans nos ad reliquanda Monasteria ea, quae octo vel saltem quinque Monachos manutenere non poterant, consultum est manutentioni illius per affiliationem eidem pro praediis Residentiarum Pitrycensis et Swaryczoviensis cum omnibus proventibus. Tandem anno praesente 1764, accessit certi Benefactoris inscriptio summae 10000 Fll. Poll. necdum tamen haec summa ob rationem Interregni pro provisione data, sed in Monasterio Poczajoviensi jam est deposita. Habet praeterea hocce Monasterium subditos in praediis, propinationem et fundos agrorum amplos.

9. LEOPOLIENSE Sancti Onuphrii, antiquitus a Principe Ostrogiensi, recen-ter vero anno Domini 1762 per confraternitatem Stauropigianam Leopoliensem aliosque Benefactores quasi de novo fundatum. Summarum pro perpetuo censu inscriptarum juxta anterieus exhibitam Sacrae Nuntiaturae Informationem habet prope 60000 Fll. Poll., cui insuper Residentia Leopoliensis S. Joannis Evangelistae applicata est.

10. LISZNIANENSE in Dioecesi Premisliensi, ab immemorabili tempore fundatum. Privilegiis Regum Poloniae auctum et confirmatum. Tandem per incorporationem eidem pro praediis Residentiarum Derazycensis et Letnianensis in vicinitate locorum erectarum sufficienter provisum. Ultra enim proventus accidentales ex ecclesia, et sufficientiam victus ex fundis, stagnis, molendinis, etc. habet summas inscriptas 14900. Fll. Poll., subditos 31.

11. LUBLINENSE in Dioecesi Chelmensi, in fundamento Privilegii Vladislai IV Regis Poloniarum a Confraternitate Lublinensi Anno Domini 1623 erectum. Per inscriptiones deinde variarum summarum, fundorum item sive juridicarum in Suburbio Lublinensi cum aedificiis et censu sufficienter adauctum; proventus enim annui ex jurisdictionibus habet plus quam 1500 Fll. Poll. Summarum autem inscriptarum 17500 Fll. Poll.

(194v) 12. MALEIOROCENSE in Dioecesi Camenecensi, a Perillustri Laurentio Peplowski, Judice Terrestri Podolien. Anno Domini 1708 fundatum. Per inscriptiones deinde summarum in Bonis mundis et liberis locatorum, et

latifundiorum cum agris et fenificiis sufficienter provisum. Ultra enim sufficientiam victus ex fundis in illis oris fertilissimis, et proventus accidentales ex ecclesia efficientes in annum prope 1000 Fl. Poll. habet summas inscriptas 16000 Fl. Poll.

13. **POHONENSE** in Dioecesi Haliciensi, ab Ill.ma Wielhorska, Castellana Volhinensi, Anno Domini 1739 fundatum, sive potius translatum ex fundo Openikowskie dicto, ubi ab antiquo Monasteriolum erat dictum Podhorodiszcze, habens donatos sibi amplos fundos agrorum, fenificiorum, et sylvae ab Ill.mo Jacobo Potocki, Castellano Cracoviensi, Anno Domini 1659. Hoc itaque Monasteriolum Ill.ma Wielhorska anno citato 1739 translulit ad Pohoniam, appropriando ipsi omnes fundos Monasterioli Podhorodiscensis, superaddiditque de novo alios ampliores circa Monasterium Pohonense iacentes fundos, ex quibus Monasterium hoc quod ad sufficientiam victus abunde est provisum. Habet insuper affiliatum pro praedio Residentiam Lukwicensem et summas a variis Benefactoribus inscriptas 12530 Fl. Poll.

14. **WERCHRATENSE** in Dioecesi Belzensi, per Privilegia Regum Poloniae circa annum 1699 fundatum, per incorporationem deinde Residentiae Jamicensis cum fundis, subditis et omnibus Proventibus pro praedio sufficienter est adauctum; habet enim agros et sylvas sat amplas, habet subditos 18, habet ultra notabilem proventum ecclesiasticum summas apud varios creditores locatas 3000. Fl. Poll.

15. **ZAMOSCENSE** in Dioecesi Chelmensi, a Confraternitate Zamosciana Anno Domini 1690 fundatum. Recenter vero Anno Domini 1762 ex munificentia Ill.mi Zamoyski, Capitanei Lublinen., per inscriptionem super suis Bonis hereditariis summae 30000 Fl. Poll. sufficienter provisum. Habet insuper nonnullos fundos, et summas alias ante visis inscriptas 6800 Fl. Poll. et proventus ecclesiastici 600 Fl. Poll.

16. **ZAWALOVIENSE** in Dioecesi Haliciensi, ab immemorabili tempore fundatum. Anno vero 1721 a celsissimo Principe Jablonowski, supremo Vexillifero Regni, per donationem fundorum cum agris et fenificiis adauctum. Tandem per incorporationem pro praedio Residentiae Litwinoviensis cum fundis, subditis et omnibus proventibus sufficienter provisum; habet enim subditos 10, proventus ecclesiastici plus quam 1300 Fl. Poll. praeterea summas a variis Benefactoribus inscriptas 3200 Fl. Poll.

17. **ZLOCZOVIENSE** in Dioecesi Leopoliensi, antiquitus ab antecessoribus Serenissimi Regis Poloniarum Joannis III fundatum. Ab ipso vero post hosticum Anno Domini 1665, per donationem fundorum cum agris, fenificiis, sylvis et stagno ac molendino restauratum. Tantem per incorporationem praedii Buczynensis et inscriptiones summarum 46000. Fl. Poll. sufficienter provisum.

(f. 195) 18. **ZULKIEVIENSE**, quondam simplex, ab anno vero 1753 ex fundatione Celsissimi Principis Radziwill, Palatini Vilmensis, supremi Ducis exercituum Magni Ducatus Lithuania factum est Monasterium Abbatiale, et per inscriptiones summarum efficientium plus quam 50000 Fl. Poll. sufficienter provisum.

2-do. Monasteria quae intra Decennium habent meliorata quidem funda, nondum tamen praefixum a Sancta Sede Apostolica Monachorum numerum manutenere possunt, quanquam spe firma nituntur brevi ad eum statum perveniendi, ut sufficientia evadant, quapropter pro renuntiatione illorum Sanctae Sedi humillime supplicatur.

1. CZERNIELAVIENSE in Dioecesi Premisliensi, Anno D.ni 1643 per Privilegium Serenissimi Joannis Casimiri Regis Poloniarum in capitaneatu Javoviensi fundatum. Ex fundis, summis et aliis recenter auctis proventibus sustentat commode Monachos 5, et familiam.

2. CZORKOVIENSE in Dioecesi Camenecensi, Anno Domini 1607 erectum. Anno vero 1722 ab Ill.mo Stephano Potocki, Referendario Regni, per donationem nonnullorum fundorum adauctum ex quibus et summis recenter inscriptis sustentat commode Monachos 5, et familiam.

3. DOBRZANENSE in Dioecesi Leopoliensi, Capitaneatu Szczyrzecensi, de consensu Ill.mi Mniszek, Capitanei Czcyrzecen. dato Anno Domini 1667, a quodam Religioso Ordinis nostri nomine Gregorio Panaszowski fundatum. Tandem per Privilegia Regum Ioannis 3tii, Augusti 2di cum perpetua donatione sylvae fundorumque Monasterio adjacentium confirmatum. Ex quibus fundis et summis recenter apud varios creditores locatis aliisque proventibus manutinet Monachos 5, et familiam.

4. MANKOWIENSE in Ukraina, in Archidioecesi Kjoviensi, pia intentione Ill.mi Comitis Potocki, Palatini Kijoviensis, juxta foundationem Anno Domini 1763 factum, et per Provinciam in Capitulo Bialostocensi acceptatam brevi transferendum ad civitatem Uman, sustentabit Monachos 13, circa impositam a fundatore obligationem docendi scholas saeculares et exercendi missiones.

5. SATANOWIENSE in Dioecesi Camenecensi, Anno Domini 1720, a Celsissimo Comite Adamo Sieniawski, Castellano Cracoviensi, erectum; habet ecclesiam muratam et Residentias pro Monachis octo noviter extractas. Tantisper ob expensas in fabricam alit Monachos 5, et familiam, sed Deo dante, finita Fabrica, poterit manutenere majorem Communitatem; habet enim vilam in fundis amplis et fertilissimis in eaque subditos 30 et nonnullas summas recenter inscriptas.

6. STRAKLOVIENSE in Dioecesi Luceoriensi, fundatum Anno Domini 1665, a Perillustri Anna Puzynina, Judicissa Cremencen. (f. 195v) ex fundis, summis item inscriptis et proventu ecclesiastico commode sustentat Monachos 5, et familiam.

7. WOLSWINENSE cum Praedio Horodiscze in Dioecesi Chelmensi, fundatum anno Domini 1629, ab Ill.mo Comite Joanne Ostrorog, Palatinide Poznaniensi. Circa Monasterium habet subditos 8, in praedio Horodiscensi 10, latifundia agrorum, fenificiorum, sylvarum utrobique ampla. Pia intentione Ill.mi Comitis Polocki, Palatini Kijoviensis, juxta novam foundationem anno 1763 factam et per Provinciam in Capitulo Bialostocensi acceptatam brevi transferendum est ad civitatem Krystiampol, cum sui pro praedio per-

petua incorporatione sustentabit monachos 8, circa onus exercendarum in Bonis Fundatoris missionum.

8. ZADAROVIANSE in Dioecesi Haliciensi, ab immemorabili tempore fundatum. Anno vero 1613 nova donatione fundorum ab Ill.ma Elisabetha Potocka, Palatina Moldaviae, adauctum. Subditos habet sex, ex fundis et aliis loci fructibus sustentat monachos 5, et familiam.

9. ZBARAZENSE in Dioecesi Luceoriensi, ab immemorabili pariter tempore fundatum. Cum temporibus variarum hostilitatum in Regno originalem fundationem et munimenta omnia per inimicam Turcarum ecclesiae et residentiarum suffocationem prorsus perdiderit, denuo anno 1600 per Celsissimum Janusz, Principem Zbarazscium, Palatinum Braclaviensem, ad instantiam et magna in parte impensis Perillutris Gregorii Nowicki, Praefecti Zbarazscensis restauratum est. Tandem anno 1754 ab Ill.mo Stanislao Potocki, Palatino Kijoviensi, donatione fundorum et inscriptione 400 Fl. Poll. quotannis ex redditibus civitatis Zbarazscensis Monasterio exsolvendorum adauctum, commode sustentat Monachos 5, et familiam.

10. ZIMNENSE in Dioecesi Vlodimiriensi, ab immemorabili tempore a Celsissimis Principibus Czartoryscis, fuitque ab illis (:ut adinventum in Castro Vlodimiriensi authentica Documenta edocent:) amplissimis in omnes partes latifundiis agrorum, 8-to item villis cum stagnis, molendinis, sylvis, omnibusque proventibus gratiosissime dotatum. Sed quia posthac injuria temporum, Regnique perturbationibus inscriptis sibi octo villis spoliatum est, ad eum statum devenit, ut nunc ex fundis et proventibus nonnisi quinque monachos alat. Interim spe firma nititur juxta Documenta quae habet circa inchoatum Processum Bona illa sibi antiquitus a fundatoribus donata recuperandi.

3tio. Monasteriola parva seu Residentiae, quae in sequelam Decretorum Sanctae Sedis Apostolicae ob nullam spem augendae dotis in manus loci Ordinariorum dimissa sunt; et quidem

1. In Dioecesi Leopoliensi: Wyspense, Podhorodiscense, Rudnicense, Bucnioviense (f. 196), Brzezanense, Leopoliense ad Stauropigiam

2. In Dioecesi Haliciensi: Sokoloviense, Dorohoviense, Bolochoviense, Zagvozdiense.

3. In Dioecesi Camenecensi: Haloykoviense, Koszoviense, Ladaviense, Synkoviense.

4. In Dioecesi Premisliensi: Premisliense Sancti Joannis, Stryense, Dorozoviense, Klodiense.

5. In Dioecesi Chelmensi: Zamczynszcense, Ohladoviense, Tyczycense, Stoianoviense.

6. In Dioecesi Luceoriensi: Luceoriense Sti Joannis Evangelist. Perekalense.

7. In Dioecesi Vlodimiriensi: Turopinense.

8. In Archidiocensi Kijoviensi: Krasnohoriense, Nimiroviense, Winnicense, quod praecipitanter dimissum nunc restaurandum omnino esset, cum adinventum sint Documenta edocentia nos ad dictum Monasterium ex pri-

maeva fundatione pertinere tum villam Bocheniki dictam, tum grantias tres cum stagnis, molendinis, agris, fenificiis et sylvis, tum denique inscriptas fuisse eidem Monasterio summas varias efficientes Fl. Poll. 28600, de quorum omnium vindicatione ipsimet Palatinatus Proceres instant, Monasteriumque ab aliquot annis dimissum restaurare intendunt.

9. Numerantur adhuc plusquam 20 alia Monasteriola parva, quae partim motu proprio ante Capitulum Dubnen., partim post illud Capitulum satisfaciendo Decretali Fel. Record. Benedicti XIV, Pontificis Maximi, in singulis supra expressis Dioecesibus ob eorundem desolationes per incursiones Tartarorum factas, atque exinde ortam insufficientiam derelicta sunt. Quorum quidem aliqua per loci Ordinarios Clero saeculari (f. 196v) tradita, aliqua a saecularibus Dominis occupata sunt, alia vero in archidioecesi Kijoviensi sita, quod maxime dolemus, in possessionem Schismaticorum abierunt.

4ta. Monasteria quae ob tenuitatem reddituum nullamque fore ad praesens spem augendae eorundem dotis ad mentem ordinationis Sanctae Sedis pridem relicta fuissent, etsi nec pridem nec adeo plene dispositionibus Provinciae obediunt, quia tamen, si relinquerentur, ob propinquitatem Moschoviae et Valachiae cum gravi animarum Christi fidelium damno fere omnia certo a Schismaticis occuparentur, prout alia ibidem occupata sunt, hactenusque possidentur, proinde zelo Unionis Sanctae adusque in corpore Provinciae manentur, talia sunt:

1. In Ukraina: Bohuslaviense, Granoviense, Lebedinense, Kanioviense, Lisianense, Korsunense, Ryszczoviense.

2. In Pokutia: Horodecense

Hanc integram informationem de Monasteriis Provinciae Polonae ex Actis Visitationum vere et fideliter exceptam esse ac cum iisdem in omnibus concordare testor in fidemque circa sigillum officii manu propria subscribo. Datt. in Monasterio nostro Bialostocensi, die 15. 8bris 1764 anno.

Josaphat Siedlecki, O.S.B.M. Abbas Ourucen.

Provinciae Protect. B.ssimae V. Mariae Provincialis (mpp).

* * *

APF, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 107, fol. 129.

Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide,
habitae die 30 Aprilis 1765.

Referente Em.mo et Rev.mo Domino Cardinali Galli, Ponente, supplicem libellum ex parte et nomine Protoarchimandritae et Consultorii Congregationis Ruthenorum Ordinis S. Basilii Magni SS.mo Domino Nostro porrectum, et a Sanctitate Sua huic Sacrae Congregationi remissum, in quo postulatur, ut ad aliud decennium prorogetur facultas retinendi ea Monasteria, quae licet in elapso decennio valde meliorata fuerint, nondum tamen ad eum statum redacta sunt, ut praefixum a Constitutione s. mem. Benedicti XIV Monachorum numerum substentare possint; nonnullaque alia tenuiora, quae si dimittantur, ob propinquitatem Moscoviae, et Valachiae

cum maximo Animarum detrimento a Schismaticis occuparentur, Em.mi Patres re bene perpensa, audito etiam voto Nuncii Apostolici Poloniae, censuerunt:

Quoad octo Monasteria, quae subsunt periculo occupationis schismaticorum, veris existentibus narratis, per Dominum Nuncium verificandis, pro gratia retentionis, facto verbo (f. 129v) cum SS.mo. Quoad reliqua decem Monasteria pro prorogatione praemissi decennii ad aliud quinquennium, facto item verbo cum SS.mo.

In audientia autem SS.mi Domini Nostri Clementis PP. XIII, habita per me infrascriptum Sacrae Congregationis Secretarium die 5 mensis Maii 1765, Sanctitas Sua gratiam retentionis praedictae octo Monasteriorum restrinxit ad decennium, quoad reliqua vero monasteria sententiam Sacrae Congregationis benigne approbavit.

Datum Romae, ex aedibus ejusdem Sacrae Congregationis, die 11 Maii, anno quo supra.

Joseph M. Card. Castelli, Praefectus
M. Marefusus, Segretarius

1096.

1764.

Instantia Cleri saecularis uniti ut dimittantur a Basilianis plura monasteria parva et ecclesiae hucusque possessae.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 809, f. 183-187.

PRO MEMORIA:

Ad Clerum Saecularem Graeco Ruthenum cum S. R. E. unitum perlatum cum fuerit Monachos Ordinis S. Basilij Congregationis Ruthenorum omni conatu moliri, ut liceat sibi non ea solum retinere Monasteria, in quibus sex tantum Monachi sustentari possunt, sed ea etiam, quae propter reddituum tenuitatem ipsimet Monachi deseruere, et nunc temporis a saeculari Clero possidentur, rem ab exordio repetere necessarium videtur, ut quae ab hujusmodi molimine obventura sunt praejudicia in Clerum eundem, eaque maximi momenti, facilius dignoscantur. Cum anno 1742 Monachi, qui nunc Provinciam Poloniae componunt, sese in distinctam a Lithuanica Congregationem erigere molirentur, suis, quas publici Juris fecerunt, scripturis asserere minime dubitarunt, se possidere centum et viginti ingentia et opulentissima Monasteria. Sed cum gloriosae memoriae Benedictus XIV decreverit, ut haec quoque Monasteria cum ijs, quae a Lithuanis possidebantur (f. 183v) in unam Congregationem unirentur, uni subjectam Proto-Archimandritaе, Monachi autem Provinciae Poloniae nonnulla a praedictis Lithuanis possessa Monasteria adiudicari sibi tentaverint, immemores jactate jam opulentiae suae exposuerunt, pleraque ex dictis Monasterijs in ea versari paupertate, ut vix duos vel tres Monachos alere possent.

Sapientissimus itaque Pontifex sua Decretali Epistola quae incipit « *Inter plures* », data anno 1744, §. *Huic autem*, statuit plurium Monasteriorum unionem faciendam esse, donec in singulis Monasterijs decem vel octo Monachi commode congregari valeant. Ibi hujusque Pontificij mandati executionem Athanasio Szeptycki, Metropolitano, qui ceteroquin Monachis Provinciae Poloniae addictissimus erat, demandavit.

Coacta itaque per dictum Metropolitanum sequenti anno 1745 Consultatione in Monasterio Dubnensi, cui Generalis Ordinis ejusque Consultores, nec non (f. 184) Provincialis Provinciae Poloniae cum suis Consultoribus interfuere, concordibus omnium Suffragijs publicoque desuper confecto Instrumento trifarie divisa sunt Provinciae ejusdem Monasteria; scilicet eorum, quae per se subsistere poterant, eorum, quae ob tenuem sui foundationem alijs Monasterijs, melius provisus, uniri debeant, et eorum, quae plene dimittebantur clero seculari tradenda.

Porro hujusmodi extraditio consona erat legi ab Episcopis latae anno 1739 in Capitulo Leopoliensi, quo scilicet tempore monasteria sibi immediate subiecta manuserunt, ut unam in Congregationem unirentur. Ibi enim Sess. 1 sic declararunt: « *Hac sola adiecta conditione, ut si forte aliqua Monasteria particularia ob insufficientem sui foundationem tolli debeant, fundi eorum ad dispositionem loci Ordinariorum redeant, et ecclesijs Parochialibus applicari possint* ». Quam tamen legem Monachi ut contorquerent, Bona tam Ecclesiastica, quam (f. 184v) domestica monasteriorum deserendorum alijs Monasterijs applicare atque incorporare voluerunt, quod cum ijs non permisisset Sancta Sedes Apostolica, optime noscens Bona hujusmodi non pro commodo Monachorum, sed pro decoro et servitio ecclesiarum fuisse concessa, nullumque ecclesijs eisdem praestari posse servitium si nudae rebusque omnibus spoliatae Clero traderentur, jussit ut apud ecclesias et Monasteria a Monachis deserenda Bona omnia, et sacra suppellectilis remanerent.

Poenituit tunc Monachos praestiti a se in Consultatione Dubnensi consensus, relictisque paucissimis ijsque miserrimis ex 35 Monasterijs, quae relinquenda decreverint, plura retinere, inductisque in ea Monachis 5, vel 6 retinenda curarunt, sub spe meliorationis, quod obtinuerunt ad *Decennium* sub nonnullis conditionibus; finitoque jam Decennio, quamvis minime servatis conditionibus in prima concessione expressis, petunt modo non solum prorogari elapsum jam Decennium, sed etiam (f. 185) permitti sibi ea reassumere Monasteria, quae iam plene dimiserunt, nonnullasque insubistentes omnino rationes adducunt.

Haec instantia, quam incongrua per se sit, et quam saeculari Clero injuriosa nemo non videt. Incongrua quidem, quod in eum finem tendit, ut Benedicti XIV Constitutio vana sit, nec unquam executioni demandetur. Quo enim fieri potest, ut parvula isthaec Monasteria Clero Seculari dimittantur, si liceat Monachis ea quoque recipere, quae iam dimiserunt. Fingunt ipsi superesse adhuc Bona nonnulla ad hujusmodi Monasteria spectantia, quae a Laicis personis occupata vindicari possunt. Nonnullorum praeterea Funda-

torum haeredes spem facere ea meliorandi. At cur Bona haec vindicata nondum fuere, vel quid obstat, quominus a Clero, adjuvantibus Episcopis, vindicentur? Praeterea si Fundatorum haeredes foundationibus antiquis spatio viginti annorum, qui praetergressi iam sunt, nihil adhuc addidere, quando nam sperandum est fore addituros, vel quid impedit (f. 185v) quominus antecessorum suorum fundationes meliorent in beneficium cleri saecularis. At certe meliorabunt nunquam, quousque Monachi Cathedrales ecclesias occupabunt, in officijs apud Episcopos erunt Nobiliumque Aulas circumibunt eorum favorem, protectionem liberalesque eleemosinas occupando.

Atque equidem Zamosciana Synodus, Tit. VII, §. 1, decrevit: Quilibet Episcopus Officiale habeat saecularem. Officia de quibus in Synodo, haec sunt: Vicarius Generalis, Auditor, Promotor, Notarius et Fiscalis. Non desunt qualibet in Dioecesi Presbyteri saeculares ad hujusmodi sustinenda officia satis habiles, ijque praesertim, qui Alumni fuere in Pontificijs Collegijs, Leopoliensi et Vilnensi, et quos laudatus Pontifex promovendos esse non ad Parochias tantum, sed etiam ad praedicta officia mandavit notissimo suo Brevi hac super re edito.

Hoc tamen non obstante, adhuc apud nonnullos Episcopos Monachi utriusque Provinciae officia et quidem principaliora (f. 186) occupant. Ex eo vero quod Monachi primaria in Episcoporum Aulis occupant Officia, sequitur Cleri saecularis, et praecipue Parochorum summa paupertas, tum etiam oppressiones a Nobilibus, quorum favorem sibi illi adsciscere student ac tandem expilatio sine spe ulla reintegrationis ad sua illis confugientibus Monasteria. Huc etiam accedit, quod licet praedictorum Collegiorum in Constitutionibus libera Alumnis tribuatur optio nubendi, ante sacerdotium, vel manendi in caelibatu, qui status utique perfectior desideratur optimo Iure Ecclesiasticis a Latina Ecclesia, attamen praedicti Monachi Officiales seu Auditores, ad quos Episcopis praesentare ad Ordines aspirantes praecipue spectat, Alumnos pro Sacris Ordinibus suscipiendis praesentare nolunt nisi prius nupserint; ij vero sic nupti, etiam contra voluntatem, rebusque saeculi implicati despondent animis, scientiarum studia deserunt, collatasque sibi Parochias vix ac ne vix quidem sustinent.

Quo autem animo talia attentantur a Monachis, facile est conijcere; nunc (f. 186v) scilicet Presbyteri saeculares, licet doctrina, prudentia, moribus conspicui capaces sint Capitula efformandi, Cathedrales ecclesias recipiendi, et apud illas secundam antiquam disciplinam residendi. Occupant enim Monachi hujusque Cathedrales Leopoliensem, Haliciensem, Camenecensem et Chelmensem, ac Parochias nonnullas, quae ad clerum saecularem ex sui fundatione pertinent. Cujusmodi sunt ecclesiae: Zulkoviensis in Leopoliensi, Szarogrodensis in Kioviensi, Bucnioviensis in Praemisliensi aliaeque plurimae alijs in Dioecesibus.

Patet itaque ex huiusce allegatis praesentem Monachorum instantiam, tum retinendi Monasteria, in quibus sex Monachi sustentari possunt, tum etiam ea, quae dimiserunt, reassumendi, esse non modo incongruam, quin etiam saeculari Clero quam maxime injuriosam, atque eisdem ijs, quae

supra retulimus, addere liceat: coactum iri Clerum saecularem, et quod magis dolendum est, Alumnos Collegiorum Vilnensis et Leopoliensis pene emendicato vivere, si Monachorum precibus annuatur. Etenim cum (f. 187) Monachi principaliora officia in Dioecesibus, ecclesias Cathedrales ac pinguiores occupant Parochias, si permittetur quoque eis parva retinere Monasteria, et quae dimiserunt recipere, nullus erit locus, ubi praedicti Alumni possint collocari, vel itaque reiicienda est eorum instantia, vel si annuendum censeatur, saltem cogendi sunt ad Cathedrales ecclesias, et Parochias quas occuparunt restituendas Clero saeculari, et officia apud Episcopos principaliora amplius contra dispositionem Synodi Zamoscianaee et Decretorum super hoc puncto a Benedicto XIV favore Cleri saecularis et praecipue Alumnorum Pontificiorum editorum, retinere inhibendi.

1097.

1764.

De causa monasterii Buczaczensis in Archimandriam erigendi.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 810, f. 13rv;
ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 107, fol. 172 (alia copia)

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Ad istanzia del Signor Conte Potocki, Starosta di Kaniow,¹¹⁵ si degnarono l'EE. VV., è già qualche tempo, di permettere, che il Monastero di Buczacz, spettante alla Provincia di Lituania dell'Ordine di S. Basilio della Congregazione de Ruteni, da semplice superiorato eretto fosse in Abazia a nomina del sudetto Conte Potocki, che ne aveva accresciuti i fondi, e ne commisero la esecuzione a Monsig. Nunzio in Polonia.

Ma essendo di poi il Conte Potocki receduto dal suo desiderio, persuaso ancora da pregiudizij, che piuttosto derivar sogliono a Monasterj dal governo degl'Abati, non essendosi per conseguenza proceduto da Monsignor Nunzio all'effettiva erezzione dell'accennata Abazia, il P. Nicodemo Karpinski, Provinciale della sudetta Provincia di Lituania (f. 13v) de Monaci Basiliani Ruteni, insieme col suo Consultoro supplicano l'EE. VV. degnarsi di abolire il precedente Decreto, e dichiarare, che il Monastero di Buczacz debba restare nello stato, in cui si trova di semplice superiorato; la quale dichiaazione è conforme a desiderij del sudetto Conte Potocki, come egli medesimo se ne spiega in una sua lettera, che si umilia acclusa, ed è inoltre necessaria per impedire, che qualche Monaco ambizioso col progresso del

¹¹⁵ Magnus benefactor Ecclesiae Unitae in Ucraina, etsi in vita sociali et relationibus cum populo sat magnis defectibus laborasse accusatus fuit. Persona in populo hucusque valde famosa. Ex famosa familia Nobilium Regni Poloniae, quae ut plurimum bona sua in partibus Podoliae et in Ucraina habuit.

tempo non tenta di estorcere da successori dell'odierno Conte Potocki la nomina a quell'Abazia sul fondamento del sudetto permissivo Decreto, e con ciò rechi alla Provincia di Lituania nuove molestie, ed inquietudini. Che etc. etc. ...

1097. ^b

1764.

De confirmatione status simplicis monasterii.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 810, f. 15-16.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

La Provincia di Lituania de Monaci Basiliiani Ruteni possiede il Monastero di Buczacz, situato verso i confini della Vallacchia, e che fu eretto, e dotato dalla nobile famiglia de Potocki per esser governato da un semplice Egumeno, o sia Superiore. Sono pochi anni, che l'odierno Conte Potocki stimolato dalla sua pietà ne accrebbe i fondi, e, pensando di renderlo più ragguardevole, fece istanza à Superiori della Provincia di erigerlo in Abazia per un determinato Monaco, che allora egli nominò. Monsig. Eraclio Lisanski però, odierno Arcivescovo di Smolensk, che di quel tempo era Provinciale di Lituania, procurò di rimuoverlo da questo secondo pensiero, allegando i ragguardevolissimi motivi, che aveansi di temere, che la richiesta erezione di Abbazia fosse per riuscire nocevole non meno al Monastero, che alla Provincia tutta. Nondimeno avendone il Conte Potocki fatta istanza à codesta Sagra Congregazione, l'EE. VV. con loro Decreto concedettero à Monsig. Nunzio in Polonia la facoltà di fare la richiesta erezione, prescrivendone però alcune condizioni col'adempimento delle quali credettero di prevenire pregiudizj, che dalla Provincia temevansi.

(f. 15v) Ma persuaso il Conte Potocki dalle rimostranze fattegli si dal sudetto Monsig. Lisanski, come ancora dall'odierno Provinciale Nicodemo Karpinski, Oratore Umilissimo dell'EE. VV., non solamente desistette dal pensiero della suddetta erezione, ma oltre di ciò ne principij dell'anno corrente con sua Lettera à codesta Sag. Congregazione supplicò per la rivocezione del sudetto precedente Decreto; ed alle suppliche del Conte Potocki quelle parimente si unirono dell'Oratore.

Piacque all'EE. VV. di richiederne l'informazione al lodato Monsig. Nunzio, la quale informazione essendosi riconosciuta favorevole alle giuste istanze del Conte Potocki e dell'Oratore, nello scorso mese di Maggio con lettera allo stesso Monsig. Nunzio fu gli ordinato di sospendere l'erezione dell'Abazia in Buczacz perfino che fosse risoluto l'affare in piena Congregazione e con altra risponsiva al Potocki gli fu significato esser mente della Sagra Congregazione, che per il governo di questo Monastero si osservi la primitiva fondazione.

Con sì saggi provvedimenti deve sperarsi, che durante la vita dell'odierno Conte Potocki non sia per succedere veruna innovazione in questo

incidente. Ma può ben dubitarsi, che (f. 16) col progresso del tempo possano ripullulare le passate inquietudini, e pregiudizij per la Provincia di Lituania. Mentrechè essendo publico, e notorio il sovracennato decreto dell'EE. permissivo dell'erezione dell'Abazia in Buczacz, e soltanto private, e forse anche segrete le due lettere di poi scritte, e medianti le quali non sembra resti del tutto tolto di mezzo il Decreto modemo, non è difficile, che dopo la morte dell'odierno Conte Potocki qualche Monaco ambizioso risusciti l'affare, e da lui eredi facciasi nominare per Abbate; la qual nomina sarà tanto più difficile à scansarsi, quanto più potente sarà la Famiglia dell'Erede, e quell'ancora del nominato.

Ad oggetto dunque d'evitare qualunque disturbo in questa materia, l'Oratore supplica umilissimamente l'EE. VV., che con novo positivo Decreto si degnino di togliere affatto di mezzo il primo Decreto, e spera d'otterlo concorrendovi il prudente parere di Monsig. Nunzio, e la formale istanza del medemo Signor Conte Potocki. Che, etc. etc. ...

1098.

1765.

Nova instantia Hierarchiae unitae in inhiendo transitu e Ritu Rutheno ad Latinum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 398-399.

Emin.mi, ac Rev.mi PP., ac Domini.

Exponunt humiliter EE. VV. devoti ipsarum Oratores, Philippus Felicianus Wolodkowicz Archiepiscopus Metropolitanus totius Russiae, omnesque Episcopi Rutheni uniti, ejus Suffraganei, quod cum usque ab anno 1763 porrectae fuissent SS.mo Domino Nostro Clementi Papae XIII, feliciter regnanti, epistolae tam Serenissimi Augusti III, gloriosae Memoriae decessoris Regis Poloniae, quam etiam supradicti Archiepiscopi Oratoris, et universi Collegij Episcoporum Ruthenorum, per quas expositis gravissimis absurdis, et scandalis, quae ex continuo, frequentique transitu Ruthenorum unitorum cujusque status, et conditionis a Graeco ad Latinum Ritum absque ullo Apostolico Indulto, penitusque inconsultis eorum respectivis Episcopis in diem oriebantur, et adhuc oriuntur, supplicatum eidem SS.mo Domino Nostro fuit, ut ad consulendum praecipue Fidei Catholicae indemnitati, et ad removendas graves dissensiones inter ipsos Oratores, et Episcopos latinos, saepissime super dicto transitu et iurisdictione, non sine scandalo oriri solitas, dignaretur ex sua clementia aut renovare Decreta S.M. Papae Urbani VIII,¹¹⁶ aliaque super praemissis edita, eorumque observantiam

¹¹⁶ De data 7.II.1624 et die 7.VII.1624; cfr. *Acta S. Congregationis de Prop. Fide Ecclesiam Catholicam Ucrainae et Bielarusjae spectantia*, vol. I, Romae 1953, pag. 16 et 22, nr. 9 et 24

praecipere, aut aliquod aliud opportunum, sibi que benevisum remedium praefato abusui apponere.

Hujusmodi epistolis, et precibus ad istam primum Sacram Eminentiarum Vestrarum Congregationem de Propaganda Fide, et exinde ad S. Officium remissis, placuit huic per suam specialem epistolam Rev.mo Nuncio Apostolico Poloniae directam ejus relationem, et votum super expositis exquirere, de quo prima notitia habita Romae fuit ex Secretaria ejusdem S. Officij, et successive (f. 398v) Varsaviae id ipsum confirmavit Auditor Sacrae Nunciaturae Poloniae, qui insuper Emissario et Angenti dictorum Oratorum praefatam originalem epistolam memoratae S. Congregationis S. Officii a dicto Rev.mo Nuncio Apostolico, tunc Dresdae commorante, sibi transmissam ostendit.

Ut primum proinde Oratores omnes simul Varsaviam convenere occasione electionis, et coronationis novi Regis Poloniae, nullatenus neglexerunt illico se sistere coram memorato Rev.mo Nuncio Apostolico, ut pro exactiori informatione super Oratorum expositis ab ipso quemadmodum supponebatur danda, eundem de propriis Juribus nedum plene instruerent, sed etiam exposita authenticis, et legitimis Documentis comprobarent. Cui tamen cum vix de praemissis mentionem facere coepissent, idem Rev.mus Nuncius, praeter omnem Oratorum expectationem, respondit, nullam usque tunc Relationem, et votum super Oratorum expositis, Sac. Congregationem S. Officii ab ipso expetisse; promittens coeteroquin si id ipsi ab eadem Sacra Congregatione imposterum demandaretur, se ejus mandatis pro justitia pariturum.

In his itaque circumstantiis, in quibus nullo predicto abusui adhibito hactenus remedio, Rutheni quique de Graeco ad Latinum eo facilius, et crebrius transire non verentur, atque ex hujusmodi frequentiori ubique transitu Oratores in diem non solum sine ulla ipsorum scientia, sed saepe etiam in fraudem nativa sua jurisdictione spoliantur, atque hinc assiduae inter ipsorum latinorumque Episcoporum Tribunalia quaestiones, et dissensiones, non absque gravi scandalo, animorumque exacerbatione excitantur, ac tandem (quod longe pejus est) ex dicto libero, frequentiorique transitu, utpote ut plurimum (f. 399) Latinorum opera, ac studio promoveri solito, opinantes Graeci Scismatici, proprii ritus tenacissimi, suum Graecum Ritus, licet Catholicae Ecclesiae unitum ab iisdem Latinis tamquam minus licitum, minusque catholicum teneri, maxime scandalizantur, et ab unione cum Ecclesia Catholica rethahuntur. Hinc propterea Oratores praefati humillime, atque enixissime supplicant EE. VV., ut veris existentibus expositis, quae iidem Oratores per plura authentica Documenta coram Apostolico Nuncio Poloniae concludentissime probare se offerunt, dignentur tum ad removenda tot scandala, et dissidia, tum etiam, et maxime pro indemnitate Catholicae Fidei (cujus Eminentiae Vestrae sunt praecipui, ac zelosissimi Propagatores) aut demandare observantiam dictorum decretorum inhibentium liberum transitum de Graeco ad Latinum ritum, aut aliquod aliud oppor-

tunum, sibi que benevisum remedium praefato gravissimo abusui apponere. Quam gratiam, etc. etc. ...

Pro Philippo Feliciano Wolodkowicz Archiepiscopo Metropolitano totius Russiae et omnibus Episcopis Ruthenis Unitis, ejus Suffraganeis.

Si è trasmessa copia al S. Offizio, sotto il dì 5 Feb. 1765.

1099.

1765.

De confirmatione Apostolica Capituli Volodimiriensis eiusque restauratio quoad omnes effectus plena.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 814, f. 147-150v.

Emin.mi et Rev.mi Domini.

Romanus Wyhowski, S.R.I. Comes, Collegij Pontificij Leopoliensis. Alumnus, Archidiaconus Ecclesiae Cathedralis Ruthenae Vladimiriensis, Vicarius Generalis in Spiritualibus Archiepiscopi Metropolitani totius Russiae per Palatinatum Braslaviensem, et Praepositus Ecclesiae Wyhowiensis, quo par est obsequio EE. VV. exponit: — Hyppatium Pocey, Episcopum Vladimiriensem, unum ex duobus Episcopis a Ruthena gente Romam ablegatis ad amplectendam, seu potius renovandam, firmandamque cum S.R.E. unionem sub Clem. PP. VIII, anno 1598, die 20 mensis Februarij, tabulis perpetuo valituris erexisse, ac fundasse Capitulum ad suam Ecclesiam Cathedralem Vladimiriensem, sub titulo Assumptionis B.V.M., conflatum ex tribus Capitularibus, Archipresbytero scil., seu Decano, Notario, seu Cancellario, et Archidiacono, praeter Choristas, qui jam pridem ecclesiae ejusdem servitio fuerant addicti. Capituloque (f. 147v) sic a se erecto, bona quaedam assignasse, officia distribuisset, ac decrevisse, ut contingente in posterum Vladimiriensis Episcopi obitu, tres Capitulares, nuper a se fundati, Bonorum omnium mobilia, atque immobilia tam a defuncto Episcopo relictorum, quam ad ecclesiam ipsam Cathedralis spectantium administrationem suscipiant.

Atque equidem ad formam fortasse Poceyani hujus statuti decrevit Synodus Zamosciana, tit. VI: de Episcopis, ut in qualibet Dioecesi assumantur ex Clero tres viri, qui post mortem Episcopi inventarium rerum omnium mobilium, ac immobilium conficiant, etc.

Hujusmodi fundatio, ipso petente Hyppatio Poceyo, Sigismundi III Regis privilegio confirmata fuit in Comitibus generalibus Regni, habitis anno eodem, et quidem die 13 Aprilis; quae quidem omnia probari facile possunt ex Instrumento fundationis et Sigismundi Regis Privilegio, cum primum EE. VV. mandaverint exhibendis.

(f. 148) Ordinaria itaque auctoritate fundatum Vladimiriense Capitulum Regiaque firmatum auctoritate, juxta morem Polonae Reipublicae in possessione permansit Bonorum sibi assignatorum usque ad annum 1725, quo

tempore Rev.mus Theophilus Godebski promotus fuit ad Ecclesiam Vladimiriensem. Ille siquidem Bona Capitulo ab Hypatio Poceyo assignata accepit, una cum Bonis ad mensam Episcopalem spectantibus, redditusque omnes retenuit ad extremum vitae suae diem, Capitulares quidem verbotenus designando, nonnumquam etiam ex Monachis Ordinis S. Basilij assumptos, nunquam tamen eos formaliter instituendo, ne Bona quoque eis tradere cogeretur.

Irregularis haec Theophili Godebski agendi ratio, Capituloque nimis injuriosa, Sac. huic Congr. nota esse debet ex Processu de ipsius mandato compilato a Rev.mo Domino de Reocur, qui Sedis Apostolicae et ejusdem Sac. Congr. Commissarius deputatus fuit ad verificanda Rutheni Cleri gravamina in Vladimiriensi Dioecesi, circa annum (f. 148v) 1753. Clero autem ignota adhuc sunt Decreta hac occasione a Sacra Congregatione edita, eo vel maxime quod Rev.mus Episcopus Godebski paulo post mortem obierit.

Illud vero notum omnibus apprime est, Rev.mum Episcopum Pynscensem, post Theophyli Godebski obitum, se in administrationem vacantis Ecclesiae intrusisse, partemque spolij a defuncto Episcopo relictis occupasse. Alteram partem recepit quidem modernus Metropolitanus Kioviensis Felicianus Wolodkowicz, tunc temporis Episcopus Chelmensis, cui per sententiam Sanctae Nunciaturae Varsaviensis adjudicata fuit vacantis Ecclesiae Vladimiriensis administratio, sed paulo post ejusdem Sanctae Nunciaturae mandatis obsequendo praedictam partem alteram spolij a Godebsco relictis ad Ill.mum Nuncium transmisit, apud quem usque adeo servatur.

Illud quoque Rev.mo eidem Feliciano Wolodkowicz mandatum fuit a Sacra Nunciatura, cum primum vacantis Vladimiriensis Ecclesiae administrationem suscepit, scil., ut bona ad Capitulum Vladimiriense spectantia (f. 149) Capitulo eidem restitueret, quod continuo ille est exequutus. Postmodum vero, cum ex benignitate Sac. hujus Congreg. et concessione S. Sedis Apostolicae ipsam Vladimiriensem Ecclesiam obtinuerit, mortemque obierit Archipresbyter, seu Decanus, ab Antecessore Episcopo designatus quidem, nunquam tamen legitime institutus, commisit Clero Cathedrali, ut ad novi Archipraesbyteri, seu Decani formalem electionem deveniret, quam peractam favore Domini Joannis Michalczewschi confirmavit. Postmodum electionem Archidiaconi a Capitulo factam, ratam quoque habuit suis literis die 28 Nov. elapsi anni 1763 datis, quem die sexta sequentis Decembris laudatus Archipresbyter, seu Decanus Michalczewschi installavit et in possessionem immisit.

Hac via hisque mediis erectum olim ab Hypatio Poceyo Capitulum Vladimiriense, sed per triginta et amplius annos in umbra dumtaxat servatum, restitutum suae dignitati fuit, suisque in Bonis reintegratum a Rev.mo Moderno Vladimiriensi Episcopo, totiusque Russiae (f. 149v) Metropolitanato. A damnis vero, quae toto tempore, quo Theophylus Godebski Vladimiriensis praefuit Ecclesiae, passum est ex retentione Bonorum ad illud spectantium, nondum ullum adinvenit levamen; Hoc neminem, cum etenim toto eo tempore raro, vel Archipr. seu Decanus, vel Archidiaconus, vel Notarius, seu

Cancellarius fuerit a Godebscyo, servata debita forma, et legaliter institutus, sed solummodo oretenus designatus, ut supra relatum est, nemo ullum jus ad rem se habere putavit, nec fas sibi esse contra spolium a Godebscyo relictum agere.

Nunc vero temporis, cum restitutum sit dictum Capitulum, Archiepresb., seu Decanus, et Archidiaconus legitime solemniterque sint electi, confirmati, atque instituti, atque etiam fama percrebuerit aliquam faciendam esse per EE. VV. de spolio Godebsciano dispositionem, Orator muneris sui partes esse ducit, Capituli jura vindicare, instanter petere, ut facta per hodiernum Rev.mum Episcopum Vladimiriensem, totiusque Russiae Metropolitanum calculatione reddituum ad Capitulum (f. 150) spectantium, et quos defunctus Episcopus percepit, tantumdem ex ejus spolio desumatur et in beneficium Capituli ejusdem, fundorumque a Poceyo assignatorum augmentum erogetur.

Optimum quoque foret, idque enixis precibus postulat Orator ab EE. VV., si scilicet facta ab Hypatio Poceyo Capituli Vladimiriensis fundatio per litteras Apostolicas confirmaretur. Confirmatio siquidem Apostolica non solum stabilius redderet tale Capitulum in maximum Vladimiriensis Ecclesiae, et Dioecesis bonum, sed alios quoque Episcopos, Magnatesque stimulare ad similia renovanda, vel erigenda Capitula in ecclesijs Cathedralibus, Clericosque ad sedulam litterarum studijs operam navandam alliceret, sub spe alicujus ecclesiasticae dignitatis in Cathedralibus obtinendae.

Cum vero congruum apprime sit, ut omnia haec adhibita Ordinarij loci, ac potissimum Metropolitanis totius Russiae exequutione demandentur, supplicat Orator humillime ut super expositis potissimumque super reintegratione damnorum Vladimiriensi Capitulo (f. 150v) illatorum, calculatione faciendae, erogandaque pecunia, quae ex Godebsciano spolio Capitulo eidem debetur, audiatur quidem relatio, et sententia laudati Episcopi Vladimiriensis, Metropolittae Ruthenorum, suppresso tamen nomine Oratoris. Non equidem, quod de expositorum veritate sit vel minimum dubitandum sed ne cum ad EE. VV. fuerit Orator ablegatus ab eodem Metropolita Ruthenisque Episcopis ad eorum negocia promovenda, quidquam ab ipso iis inconsultis proponi videatur.

Quod ex gratia, etc. etc. ...

In Febr. 1765.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 814, fol. 155-159.

Informatio super Capitulis Ruthenorum,
et nominatim super Capitulo Vladimiriensi.

Quamquam apud Ruthenos, uti etiam apud Graecos, a quibus Rutheni Disciplinam Ecclesiasticam acceperunt, numquam Capitula de modo instituta fuerint, qualia vigere videmus in Latinorum Ecclesijs, aderant tamen aliquae Personae ad obsequia Ecclesiarum Cathedralium specialiter destinatae, quae aliquam Capituli formam praeseferre videbantur. Pervulgata sunt quae et jus Graecorum, et Imperatorum Orientalium Rescripta, et coeva Orientalis

Ecclesiae acta de Exocatacellis, seu Praesbiteris magnae Constantinopolitanae Ecclesiae referuntur, quos sex fuisse maximae post Patriarcham auctoritatis Praelatos, imo etiam prae Metropolitae, et Episcopis primum in Congressibus Ecclesiasticis locum tenuisse extremis praesertim Imperij Graecorum temporibus memorata documenta posteris tradiderunt. (A) Officijs inter se differebant, alius quippe Chartophylax, alius Scevophylax, 3tius Protaedycus, 4tus Praefectus Sacellion, 5tus Oeconomus, 6tus, Ecclesiarcha nuncupabantur. Horum ad normam fortassis Archiepiscopales, et Episcopales Cathedralis apud Ruthenos Ecclesiae principaliores loci Episcopalis Parochos consimilibus titulis decoratos habebant, ea tamen cum diversitate, ut Protopapas, seu Archi-Presbyter reliquis alijs anteiret, et praeponeretur. Imo et insigniora Monasteria simili ordine Praelatorum a minoribus distinguebantur, occupante primum post Archimandritam locum Cellario, quod officium super reliqua monastica officia eminebat. Tales Praelati, ut diximus, reliquis Clericis praecedentes, duplici apud Ruthenos nomine appellabantur; vel enim dicebantur Kryloszanie, a voce slavica Krylos, seu Chorus, eo quod prima in Choro Stalla obtinerent, vel Otcy Sobornye, seu Patres Collegiales, eo quod diebus festis convenientes omnes ad Ecclesiam Cathedralis, collegialiter (Rutheni appellant Soborom) una cum Episcopis divina officia persolverent, et cum eodem simul lyturgizando concelebrarent, reliquis diebus suis Paroecijs, ex quorum redditibus providebantur, attendebant, uno ex illis per thurnum in Cathedrali Ecclesia ordini Divinorum Officiorum Hebdomadae invigilante, et quotidianas fidelium pro Lyturgia et alijs devotionibus, quam cum clericis, et cantoribus cathedralibus persolvebat, oblationes et eleemosinas sub tempus suae Hebdomadae contingentes percipiente. Huius moris, et consuetudinis apud Ruthenos antiquissimae non obscura in omnibus ferme Cathedralibus Ecclesijs vestigia etiamnum supersunt; etsi enim circa aliquas Cathedralis Ecclesias Monachi habitent, et in ijs Divina Officia persolvant, Parochi tamen in eadem Civitate Parochias suas habentes Festis diebus ad Ecclesiam Cathedralis ex antiqua consuetudine conveniunt, ibidem cum Monachis simul Divina Officia persolvunt, et se Kryloszanos, seu Capitulares passim nuncupant.

Hoc rerum statu Isidorus Cardinalis Metropolita Russiae, e Florentina Synodo, in qua unitas Ecclesiae feliciter conclusa et stabilita fuit, rediens, ab Uladislao protunc Poloniae, et Hungariae Rege, Russiae vero et Lithuaniae Haereditario Principe perpetua lege Statutum obtinuit, ut omnibus Juribus, Privilegijs, Praerogativis Ecclesiastici Rutheni potiantur, quibus Latini in Regnis Poloniae, et Hungariae gaudent ac fruuntur (B.), quod Privilegium deinde Alexander, et Sigismundus primus Poloniae Reges, Russiae vero, et Lithuaniae Haeredes, confirmarunt; ab hoc ferme tempore Kryloszanie voce a Latinis mutuata Capitulares etiam, seu Capitula appellari caeperunt, et in privilegijs, atque vetustis ab eo tempore scriptis munimentis simul eosdem Kryloszanos, et Capitula legisse me memini, prout etiam posterioribus usurpatum fuit temporibus frequentius, ob sequentes rationes.

Tenente sceptris Sigismundo III, Poloniae et Sveciae Rege, cum exce-

dentibus e vivis Archiepiscopis, Episcopis, et Archimandritis Ruthenorum, mille vacantibus ecclesijs a saecularibus clades inferrentur, sacra suppellex diriperetur, scripturae authenticae funda ecclesiastica concernentes cum derelictis mortuorum Praelatorum distraherentur; idque contingeret creberrime occupantibus Bona Ecclesiarum vacantium Aulicis Thesauri Regii, qui se administratores Bonorum etiam Spiritualium Collationis Regiae sub abusivo praetextu legis publicae faciebant, Metropolita pro tunc Michael, seu Praedecessor ejus Onisymphoros (Privilegium quippe hoc ad manus non habeo, quamquam illud aliquoties legerim, et viderim) id apud Regem Sigismundum 3tium effecit, ut primis suscepti Regij muneris annis generali Diplomate statuerit, Bona post obitum Archiepiscoporum, Episcoporum et Archimandritarum ecclesiastica vacantia non a Thesaurarijs, eorumque Aulicis, sed a Kryloszanis, seu Capitulis Ecclesiarum vacantium administranda esse, ad institutionem novi Archiepiscopi, Episcopi aut Archimandritae in Kryloszanorum, seu Capitularium respectivorum possessione permanere debere; In fundamentum huius legis ponit Rex pijssimus memoratum supra Regis Uladislai Privilegium, quo cum Ecclesiastici Rutheni Latinis aequiparati essent, consequens erat ut eodem Jure Capitula, seu Krylosani Ruthenorum in administratione vacantium Bonorum uterentur, quo Capitula Latinorum potiebantur. Sed cum ob praepotentiam saecularium Capitula dicta Ruthena ad administrationem vacantium Bonorum devenire non possent, eo quod per inopiam nec viribus saecularium resistere, nec Ius suum in Iudicijs prosequi valerent, Hyppatius Pociey, Vladimiriensis Episcopus, nomine Metropolitae Michaelis, et reliquorum coepiscoporum inter alia Ruthenae Ecclesiae desideria, illud etiam Sigismundo III, Regi, suppliciter exposuit, ut Capitulis Ius hujusmodi administrationis firmiter asseratur, et lege publica caveatur. (C.) Ad haec desideria respondens toties laudatus Sigismundus 3us in suo Diplomate, anno 1595, Augusti 2da die edito (D.), statuit: quatenus inviolabiliter Capitula Iure sibi tributo utantur, utque id etiam legi publicae in Comitijis inseratur concedit. Inferius autem ut inopiae Capitularum provideat, declarat Bona monasteriorum pro fundanda dote Capitularium convertenda esse, relicta tamen aliqua pro Monachis pensione, seque, ubi se occasio offeret talia Bona vacantia Capitulis collaturum promittit.

Hoc instante Diplomate Hyppatius Romam se contulit ubi nomine Ruthenae Ecclesiae Clementi 8º, Pontifici Maximo, obedientiam professus est, unde rediens ad suam Episcopalem Cathedram illico animum convertit ad constituendum et coordinandum Cathedrae suae Vladimiriensi Capitulum, atque imprimis, literis suis 1598 anno, die 2da Februarii scriptis, ordinationem Capituli fecit. Tres Praelatos cum muneribus Archi-Presbyteri, Archidiaconi, et Notarij, super alios Kryloszanos eminere voluit, illis ordinem Ecclesiae, curam suppellectilis sacrae, Ius causas promovendi in omnibus subsellijs, et Bona vacantia administrandi contulit; utque etiam inopiam eorum sublevaret, Funda quaedam, et Bona Monasterij Vladimiriensis Sancti Salvatoris, quae de manibus Saecularium vindicavit, et Privilegio Regio

ut ipse memorat pro schola, et Concionatore Cathedrali disposita habuit, certis in iisdem litteris, quas in Summario Littera (E) damus integra, conditionibus tribus supradictis Praelatis inscripsit.

Fundationem praedictam Hyppatius brevi Metropolitana dignitate ornatus postea auxit anno 1608, die 20. 7bris, inscripta non solis jam tribus Praelatis, sed omnibus Kryloszani villa Rusowicze dicta, quae per medium olim ad mensam Episcopalem Vladimiriensem spectabat, per medium autem ab eodem Hyppacio, datis mutuo alijs Bonis, acquisita fuit. Hanc donationem, ut perpetuum robur habere posset, Regio Privilegio anno 1611, die 30. 8bris emanato, idem Hyppacius confirmari curavit, quae omnia in adnexo Summario, littera (F), videri possunt. Quanto tempore Kryloszani, et Praelati Vladimirienses haec Bona tenuerint, ex iisdem fructus perceperint, nondum mihi constare potuit; hoc certum est quod memoria nostra utraque villa Janow, et Russowicze in Possessione pie functi Theophili Godebski, Episcopi Vladimiriensis, permanebant usque ad eius obitum, cui succedens modernus Ill.mus Exc. Ill.mus Metropolita totius Russiae, statim ac Episcopatus Vladimiriensis possessionem injit, utramque villam cum omnibus fundis, et attinentijs in possessionem Capitularium tradidit. Dignitates tres jam ferme extinctas, designatis ad officia Archi-Presbyteri, Notarij, et Archidiaconi Personis, excitavit, Archidiaconales redditus augeri curavit per inscripta sex milia pro Archidiaconatu a Rev.mo D. Wyhowski, cui eundem Archidiaconatum contulit. Ad eosdem Capitulares audivi spectare etiam quamdam summam in Synagoga Haebreorum Vladimiriensium locatam, circa quam aliquae controversiae cum Patribus Basilianis Vladimiriensibus interveniunt, quos nondum per ingruentem negotiorum molem Ill.mus Excell.mus Metropolita, Vladimiriensis Episcopus examinare, componere, aut concludere potuit. Haec sunt quae Capitulum Vladimiriense a nobis comperta in lucem proferri potuerunt. Deus Optimus Maximus huic salutari operi incrementa tribuat, quemadmodum ipse Ill.mus Excell.mus Metropolita, et cum eo complures Episcopi desiderant inter praecipuas per imminentem Nationalem Synodum materias tractandas negotio augendorum, et coordinandorum ad normam Orientalis Ecclesiae Capitulorum, recensito, et connumerato, quemadmodum in Resultato seu Decretis Projectivis Congr.num Antesyndalium, art. 7mo, n. 2do, 3tio et 4to latius videre licebit.

Summarium.

(A) Quaecumque de Exocatacellis graeci authores scriptis prodidere, compendio complexus est Dominicus Magrius in Herolexyco, vocabulo « Exocatacelli », inibi pagina 249, editionis Venetae 1735; quae hic per extensum transcribere libuit: Exocatacelli, sic aliqui Constantinopolitanae Ecclesiae Officiales appellabantur, nam extra Patriarchiam pernoctabant, erant enim in Civitate Parochi, ideo in eorum Parochijs pernoctare tenebantur. Hi sex erant: nimirum Magnus Scevophylax, idest Thaesaularius, Magnus Chartophylax, idest Cancellarius, praepositus parvo sacello, seu Sacellion, et Protedycus, idest Iudex Causarum Criminalium Cleri. Balsamon autem quinque

tantum memorat, quia 6tus et ultimus a Patriarcha Gregorio Xyphilirio, sub Imperio Alexij Comneni, additus fuerat; quorum officia in eorum proprijs locis explicabuntur. Erant itaque hae dignitates maximae autoritatis, et praeeminentiae, ita ut in publicis consessibus Episcopos praecederent, cum illius Ecclesiae veluti Cardinales essent, et uti tales in Florentino Concilio habiti sunt, in cuius Actis haec habentur: — Patriarcha Papam stantem osculatus est in gena, nos vero cum Exocatacellis sedentis dextram et genam osculati sumus. — In Patriarchatu Diaconorum officium exercebant, ut in dictione Archidiaconus diximus, in qua functione planeta utebantur; hinc recentiorum Graecorum error convincitur dum Latinos calumniantur; adversus quos calumniatores Emmanuel Calva, lib. 4^o, Cap. 21, inter alia affert hoc eorundem exemplum supradictarum Dignitatum, quibus cum praediti essent Presbiteri, in Missa tamen Patriarchali Officium Diaconi exercebant. Quae Dignitates licet sex numeratur tamen revera erant septem, nam dignitas Archidiaconalis, cum sit ad nutum Patriarchae amovibilis non connumeratur; Adrianus Junior primam syllabam divisim legit, nempe: Ex Catacaeli, idest sex Catacaeli, quia ut ait erant eorum Parochiales Ecclesiae in vallibus situatae, ac praeterquam quod hoc sine fundamento commentatur, inverosimile quoque videtur, quod in illa tam magnifica Civitate Constantinopolitana non amplius quam sex Parochiae reperirentur, et omnes in vallibus sitae et a fortiori quod tempore Balsamonis, quando nimirum non sex, sed quinque tantum erant hujusmodi Parochi, tunc etiam Exocatacaeli appellarentur. In novellis Alexij Comneni Imperatoris a Leonclavi collatis legitur motam fuisse litem inter Episcopos ex una parte, et Chartophilacem ex altera, unam scilicet ex supradictis Dignitatibus de praecedentia, in cuius favorem scripsit his verbis Imperator: — Quod sederet ante Episcopos quoties illos convenire ob aliquam necessitatem oportebat. — Et Sylvester Sguropulus Exocatacaellus, quod in Concilio Florentino ante Episcopos ejus aequales non sedisset conqueritur, et talia in eorum favorem ibi, sectione 4ta, Cap. 10, adducit: — Nam ut illi quinque sensus ab homine vivo nunquam remonentur, ita nec illi a latere Patriarchae unquam descendunt, semper ante Archiepiscopos capiebant loca, aut Presides Patriarchici Senatus celebrabantur. Hucusque Magnus, loco supracitato.

* * *

(B.) Nos Vladislaus Dei Gratia Hungariae, Poloniae, Dalmatiae etc. etc. Rex — Significamus tenore praesentium quibus expedit. Cum igitur spiritus Sancti cooperante clementia Ecclesia Orientalis Ritus videlicet Graeci, et Ruthenorum, quae longis temporibus in disparitate quadam, et scissura fidei sanctae et Divinorum Sacramentorum non sine multorum salutis dispendio ab unione Sanctae Romanae Ecclesiae fluctuare videbatur... Universis Ecclesijs, earumque Episcopis seu Vladicis, Praelatis, Clero, et caeteris Personis Ecclesiasticis ejusdem Ritus Graeci, et Ruthenorum, haec omnia Jura, et libertates, modos, et consuetudines universas duximus in perpetuum concedendas, et praesentibus concedimus. Quibus omnes Eccle-

siae Regnorum Nostrorum Poloniae et Hungariae, eorumque Archiepiscopi, Episcopi, Praelati, et caeterae Personae Ecclesiasticae consuetudinis Romanae Ecclesiae utuntur, fruuntur atque gaudent... Actum et Datum Budae, feria 6ta proxima ante Dominicam oculi, anno Domini 1443. (C) Post mortem Metropolitae et Episcoporum ne Capitanei, atque Thesaurarij se in Bona Ecclesiastica ingerant, sed modo et ordine Romanae Ecclesiae Capitulum, quoad electus fuerit ea Bona administret, in Bonis autem et Facultatibus Episcopi defuncti proprijs, ne consanguinei ipsius ullam injuriam patiantur, pro more, et consuetudine Romanae Ecclesiae, quod quidem etsi Privilegio jam cautum habemus, id tamen consuetudinibus Regni Publicis confirmari Nobis petimus.

(157v) (D.) Sigismundus III, Dei Gratia etc. Exposuerunt nobis supplices preces R. Adam Hyppatius Protothronius Episcopus Vladimiriensis et Bresten. et Cyrillus Terlecki Exarcha Episcopus Luceoriensis nomine Adm. Rev.di Michaelis Ragoza, Archiepiscopi Metropolitae Kijovien., Halicien., et totius Russiae, itidem nomine Episcoporum omnium, Archimandritatum, Hegumenorum, et totius Cleri Ritus Graeci... Bona et funda Ecclesiarum ut post obitum Metropolitae et aliorum Praelatorum in potestate, et possessione Capitulum Ritus Graeci eousque persistent, usque pro vacanti Ecclesia a nobis nominatus non sequetur. Privilegium quod ad hunc finem jam ipsis dedimus, volumus in integro conservare, et cum consensu omnium ordinum Reipublicae in Comitijis Generalibus licebit ipsis hoc totum lege publica praecavere. Ut autem ad foundationem Capitulum penes Ecclesias Ritus Graeci deveniri possit, quo magis Gloria Dei propagaretur, et Officijs Ecclesiasticis provideretur, ubi aliquid de Bonis Monasteriorum Ruthenorum obveniret, libenter in id inclinabimur, ita tamen ut et antiquae foundationes iusta reddituum portione conservari possint, ad quae omnia tunc libentiolem, et studiosiorem ipsis animum monstrare non ommitteremus, cum Unio Catholica confirmata persistet, et obedientia S. Apostolicae Sedi per eosdem praestita servabitur. Quae omnia approbando manu propria subscripsimus, et sigillum tam Regni, quam M. D. Lithuaniae apponere jussimus. Scriptum Cracoviae, anno Dominicae Nativitatis 1595, Mensis Augusti 2da die, Dominij Regnorum Nostrorum Poloniae 8vo, Sveciae 2do. — Sigismundus Rex etc. Zacharias Zelowski, Notarius L.S.L.S.

(E.) Hyppatius Pociy Divina voluntate Protothronius Episcopus Vladimiriensis et Brestensis. Significamus praesentibus literis nostris omnibus et singulis quorum interest, praeteritis et futuris, quod cum ab antiquo juxta jura et Privilegia gloriosae memoriae pijssimorum Regum Vladislai Poloniae, et Hungariae, Alexandri, et Sigismundi primi Poloniae Regum tributae, et confirmatae sunt libertates, immunitates, et coordinatio assignata Ecclesiasticis Graecis eadem, quibus libertatibus, et coordinationibus fruuntur, et reguntur Ecclesiastici latini. Quibus Privilegijs omnes Archiepiscopi, Episcopi, et Capitula, hoc est Kryloszaniae penes quamlibet Ecclesiam Cathedrali in usu eorundem Jurium (f. 158), libertatum, et coor-

dinationum adusque potiebantur, quod et Diplomate moderni Domini No-
stri Serenissimi Sigismundi III firmatum est cum plura nec parvi momenti
officia sua in promotione Glorïae Divinae cum labore non postremo adim-
plent. Idcirco ego in Episcopatu meo Vladimiriensi volens habere Capitu-
lum ad normam antiquorum exemplorum Ecclesiasticorum Romanorum,
certas Personas designare, et officia ipsorum praescribere constitui, uti prae-
sentibus literis designavi. Illi qui Capitulum constituent, et munia Capitu-
laria exequi poterunt et debebunt, erunt Archi-Presbyter Vladimiriens. qui-
libet qui ad hoc officium assumetur, et constituetur, hisce adjungetur unus
ex Praesbiteris vir dignus, et ad hujusmodi officia aptus ex iisdem Krylos-
zanis Ecclesiae Cathedralis Vladimiriensis per Episcopum electus, qui et
Notarius, tandem qui in Archidiaconatus officio constituetur. Hae tres Per-
sonae dum ad officia assumentur, in primis juramento se obstringent ad fi-
delitatem, et omnimodam obedientiam debitam Episcopo Vladimiriensi uti
Pastori suo, et Ecclesiae Dei in omnibus praestandam, tum iura, privile-
gia, fundationes, thaesuaros, et suppellectilem ecclesiasticam, tam stante
vita Episcopi, quam potissimum post ejus obitum fideliter custodient. In
Ecclesia Cathedrali inter Kryloszanos Glorïae Divinae et bono ordini in-
vigilabunt. Post mortem Episcopi omnia Jura, Privilegia, Fundationes, Thae-
sauros Ecclesiae sub sua inspectione et cura habebunt, ipsam Ecclesiam
et omnia ejus Bona, Oppida, Praedia, Villas, a minimo ad maximum, juxta
Privilegia illis tributa in manibus et possessione sua retinebunt, ita se ge-
rendo ut in privilegijs prescriptum est, Causas omnes in omnibus Judicijs
Terrestribus, Castrensibus, Limitaneis, Commissorialibus, Tribunalitijs, et
Aulicis Sacrae Regiae Majestatis expensis Episcopi, seu omnes tres seu duo,
unus illorum pro ratione meriti de quo agitur promovebunt, Processibus
invigilabunt, Probationes, et Evasiones pro iustitia, et aequitate rei in de-
fensione Ecclesiae et Bonorum ejus facient et facere tenebuntur. Ut autem
his suis obligationibus, et officio Capitulari diligentius, et ea qua debent
fidelitate perfungantur, dedi in rem horum officiorum capitularium, et prae-
sentibus literis meis inscribo Monasterium Sancti Salvatoris in civitate Vla-
dimiriensi situm quod certo Privilegio S.R. Majestatis pro Schola, et Con-
cionatore Cathedralis Ecclesiae Vladimiriensis est fundatum, hoc illis pro
officio Capitulari cum subditis in Vladimiriensi Civitate residentibus, cum
Pago et Praedio Janow, cum fundis nuncupatis Podhayce, et alijs appellatis
Radoczymo, et omnibus alijs attinentijs do et fundo in perpetuum, ex qui-
bus Bonis omnes fructus pro seipsis percipere et convertere perpetuo po-
terunt, dummodo pro Concionatore, et ejus officio ad manus Episcopi
omni anno per 40 florenos contribuant. Quod vero respicit Monasterium, et
Ecclesiam S. Salvatoris providebunt, ut ibidem Gloria Dei secundum anti-
quam morem ordinate vigeat, et Devotiones persolvantur. Non poterunt
autem hoc Monasterium, et illius Bona tam in toto, quam in parte ullo-
modo dissipare, aut ab Ecclesia Cathedrali alienare, sed ipsis fruentes
cum suis officijs capitularibus semper sub jurisdictione et obedientia su-
premi Pastoris S. Apostolicae Sedis perseverabunt et ad hunc finem dedi

has literas meas manu propria subscriptas, et sigillo meo communitas. Scriptum Vladimiriæ, anno a Nativitate Dominica Millesimo quingentesimo nonagesimo octavo, Mensis Februarij vigesima die. - Hyppatius Episcopus. Locus Sigilli.

(F.) Sigismundus III, Dei Gratia Rex Polonus. Significamus praesentibus Literis Nostris nunc existentibus et in post fututis. Exposuit coram nobis Adm. R. ndus in Christo Pater Hyppatius Pociey, Archiepiscopus Metropolita Kijoviensis, Halicensis, et totius Russiae, Episcopus Vladimiriensis et Brestensis, quod ipse ex certis et magnis rationibus Capitulum Vladimiriense fundaverit, et ipsi inscripserit Bona Mensae Episcopalis Vladimiriensis Russovicze dicta cum omnibus attinentijs, et ad Possessionem et usum illorum Capitulares intromiserit, uti in literis foundationis latius est expressum. Quas litteras praelaudatus Archiepiscopus nobis praesentavit obsecrans quatenus easdem in rem Capituli Vladimiriensis in omnibus confirmaremus; quocirca nos, ad instantiam Senatorum Nostrorum precibusque ejusdem inclinati, Foundationis ejus scriptum praesentibus literis nostris inscribere demandavimus, quod de verbo ad verbum ita sonat: - Hyppatius Pociey Archiepiscopus Metropolita Kijovien., Halicien. et totius Russiae, Episcopus Vladimiriensis, et Brestensis. Significamus praesentibus litteris nostris ijs omnibus quorum interest quod videntes Ecclesias in Civitate S. R. Majestatis Vladimiriens. Capitularium Episcopatus Nostri Vladimiriens. modicam provisionem habentis fundorum, in quibus Presbyteri adeo angustas mansiones possident, ut non modo minime valeant subditos in illis fundis collocare, et ad succurrendum operae suae familiari, verum nec pro victu suo justum ex illis Proventum habere possunt, ac praeterea Militum Stationes ad extremam inopiam eosdem adduxerunt, quibus de causis et Ecclesiae Capitulares desolationem, et Gloria Nominis Divini ultimum detrimentum incurreret, nisi huic mature succurrendum, et providendum esse pro nostra suprema Pastoralis diligentia censeremus, caventes ut non modo antiquae foundationes conserventur, verum etiam augmento Ecclesiarum Divinarum, et Gloriam ejus Sanctae in Ritu antiquo et Unitatis Ecclesiae Catholicae Graecae cum Ecclesia Occidentali Romana, uti unius sanctae Apostolicae Ecclesiae juxta antiquum morem modo jam nos omnes recenter orthodoxis Christianis luculenter praemonstratum consulatur, et omnibus conservis nostris Ecclesiasticis aptis ad propagationem prelaudatae Deo charae Sanctae Unionis stimulus addatur, Villam Episcopatus Vladimiriensis Russovicze per medium olim ab Ecclesia possessam, per medium autem non adeo pridem praevio S. R. Majestatis consensu, a Domino Joanne Charlinski pro alijs Bonis mutuo datis acquisitam, integram ad praesens prout in sui limitibus continetur, et fructus affert, nihil Nobis, et futuris Episcopis Vladimiriensibus relinquendo, Capitulo Vladimiriensis Episcopatus damus, et praesentibus literis Nostris, ut conservis nostris Ecclesiasticis in vim Foundationis ad emolumentum eorum, et adjutorium Jure irrevocabili inscribibus. Poterunt itaque devoti Archi-Presbyteri, et Presbyteri Capitulares Ecclesiae Cathedralis Vladimiriensis haec Bona Russovicze possidere, ijsque uti, dilatare funda, et

pro posse suo omnes, quos poterunt fructus invenire et percipere absque ullo a Nobis, et futuris Episcopis Vladimiriensibus ponendo impedimento, dummodo ex his Bonis omni anno Cantoribus Ecclesiae Cathedralis per sex sexagenas Grossorum Lithuanicorum exsolvant, et fruendo his Bonis pacifice Gloriam Dei tam in Ecclesia Cathedrali quam in suis proprijs diligenter attendant, Ministeria sua sacerdotalia juxta Canones SS. P.P. et consuetum ordinem Ecclesiae peragant, nobis uti Pastori suo, ut et futuris Episcopis suis in omnibus obediant sub invaliditate praesentium Literarum Foundationis Nostrae. (159v) Scriptum et datum Uladimiriae, anno Dominicae Nativitatis 1608, mensis 7mbris 20 die. - Quibus Literis Foundationis appositum est sigillum Archiepiscopale, et subscriptio manus his verbis: - Hyp-patius Archiepiscopus. - Nos itaque praecibus Adm. R.ndi Archiepiscopi Metropolitae Kijovien. uti justis benigne inclinati Literas supra insertas in omnibus earum Punctis, conditionibus, et articulis inviolabiliter imo in integra firmitate et robore conservantes, praesenti Diplomate nostro ratas habemus et confirmamus, atque eum ad finem dedimus praedicto Capitulo Vladimiriensi praesentes Literas Nostras, subscriptas manu nostra propria, et sigillum nostrum Regium appronere jussimus. Datum Varsaviae in Comitijs Generalibus, anno Dominicae Nativitatis 1611, mensis 8bris 30 die, Dominii Nostri Regni Poloniae 24, Sveciae vero 18 anno. - Sigismundus Rex - Florianus Olesko, Tribunus Uladimiriensis, Secretarius et Notarius.

1101.

1765.

Instantia Ordinis FF. Min. Observantium ut ipsis concedantur facultates speciales ut possint missionem explere in s. d. Nova Rossija, in Ucraina.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 810, f. 208rv, 211, et f. 209rv, 210v.

Eminentissimi ac Reverendissimi Domini.

Humilis Orator Minister Provincialis Provinciae Russiae Rubrae Ordinis S. P. Francisci Regularis observantiae, cum toto suo Diffinitorio penes oscula S. Purpurae exponit EE. VV. qualiter ab Augustissima Imperatrice totius Russiae¹¹⁷ anno 1763 emanavit publicum Edictum, quo conceditur omnibus cujuscumque Religionis, dummodo christiano nomine vocitatae: libertas, ac appromittitur securitas non solum liberi exercitij fidei, verum etiam extruendi ecclesias, conservandi necessarios Pastores in novis Colonijs, quas non pridem inhabitare caeperunt, hoc est in tota nova Russia, cujus Metropolis Civitas Elisabethum nominatur; quae amplissima Regio sita ad limites Russiae Rubrae Regni Poloniae, antea deserta, modo repleta est variarum Nationum variarumque Sectarum Incolis, sed praecipue Schismaticis, Lu-

¹¹⁷ Catharina II, Imperatrix Moscoviae seu s.d. Rossiae (1763-1796).

theranis, Calvinistis et non paucis tam Polonae, quam Germaniae Nationis Catholicis, qui hucusque ab annis multis sine Pastore, Ecclesia, Sacramentis existunt, cum in toto hoc latissimo imperio ultra duas vel tres Missiones tantum plures non reperiuntur; sed tam longe sunt a dicta Regione remotae, ut proximior ad minimum 60 Leucas Germanicas distet, altera plus 100, tertia vix non 200, ast dicta Provincia Russiae Rubrae Observantium in ipsis limitibus saepe dictae Regionis suos habet Conventus. Unde ex hac vicinitate Alumni hujus Provinciae optime sunt noti illis hominibus, praecipue ratione earumdem linguarum, quas perfecte calentes cum omnibus istis haereticis se intelligunt. Proinde in fundamento emanati publici Edicti dum non solum in illa Regione manentes Catholici, verum etiam Luthenari, et Calvinistae (: quoniam isti Sectarii suis etiam curent Ministris:) unanimi voto postulassent, ut Exc.mus Dominus Generalis supremus hujus Regionis ab Agustissima Majestate constitutus Gubernator ex praedicta Provincia Russiae Rubrae, (: quae uti dictum est huic Regioni confinis est:) conduceret aliquot sacerdotes (: quibus omnes ibidem multum ratione Paupertatis favent:), qui inibi fixa mansione curam animarum gererent Missionariamque functionem exercerent; quare dictus Exc.mus Dominus Generalis litteras in hoc negotio una cum privilegio typis impresso pro libero Catholicae Religionis exercitio dedit ac transmisit supra dicto Ministro Provinciali, postulavitque ut mittat aliquot ex sua Provincia Alumnos Sacerdotes ad hoc tam salutare opus peragendum; adjungendo modum pro certa sustentatione hujus Missionis talem: ut Patres illuc destinati doceant pueros linguam Germanicam pro qua doctrina ex Gazophilacio Augustissime Imperatricis Russiarum appromissum est subsidium. Cum autem haec Missio perfecte minime peragi possit, nisi prius Missionarii ab hac S. Congregatione sint destinati cum requisitis facultatibus, quae pro Missionariis in similibus partibus existentibus gratiose exhiberi solent, tam absolutionem a casibus S. Sedi reservatis, quam dispensationem praesertim in materia Sacramenti Matrimonij, quoniam non solum ex ratione (f. 208v) matrimoniorum Catholici cum Lutherana aut Schismatica vel contra, verum etiam inter ipsos Catholicos aliqua consanguinitate, et maxime affinitate connexos, qui ob majorem securitatem conservandi sibi fidem, inibi secum nubere intendunt, varii occurrunt, vel occurrere possunt casus. Insuper etiam propter conformitatem cum Natione Ruthena ac obviandis multis malis, quae inter matrimonia Catholicae cum Schismatico aut e contra hac de ratione emergere solent, atque ad trahendum facilius Schismaticos multos ad unionem cum Romana Ecclesia petentibus idem ibidem manentibus Catholicis servare liceat Calendarium Ritus Graeci quoad festa publica, maxime Festa Sabaoth. Hinc orator supplicat EE. VV. quatenus has gratias ac alias Missionariis solitas benigne impertiri dignentur (: cum ex tam distantissimis partibus recursus ad hanc S. Congregationem saepe fieri nequeat:), pro quibus ad ampliandum

in omni orbe terrarum Religionem Catholicam quam humillime repetitis vicibus exorat.

Quam gratiam Deus, etc.

* * *

Ad hoc memoriale requisitus pro informatione ab Exc.mo et Rev.mo D.no Nuntio Apostolico, pro veritate respondet: *1mo*: verum esse, quod nova Colonia moschovitica dicta nova Russia sit confinis et in ipsis limitibus Russiae Rubrae Regni Poloniae; *2do*: quod ad eandem Coloniam incolendam diversarum sectarum homines, Lutherani, Calvinistae et Schismatici Graeci Ritus, maxime ex Hungariae Regno, in magna copia transmigraverint, in eaque incolatum fixerint; *3tio*: esse omnino credibile in illis partibus spatiosis et desertis non esse copiam ecclesiarum, et Missiones longe unam ab alia distare proindeque, *4to*: libenter esse suscipiendos Patres Minores Observantes ex Regno Poloniae, se ad hunc laborem apostolicum sponte offerentes, et *5to*: iuste ipsis concedendas esse facultates benedicendi matrimonia Haereticorum cum Catholicis, et contra, et alias aliis Missionariis concedi solitas; *6to*: Calendarium Graecum cum magnis cautelis esse concedendum, etenim cur Missionarii latini et antiqui Catholici latini ex nostris partibus observando Calendario Latino assueti, tum ex Lutheranis ac Calvinistis ad fidem catholicam et ad sinum S. Matris Ecclesiae Romanae Riturumque Latinum redeuntes (f. 211) non deberent servare idem Calendarium Latinum, salvo per omnia Graeco pro Catholicis Ruthenis, et pro Schismaticis ad suum Riturum Graecum Catholicum conversis, ad quem effectum *7mo*: esse injungendum Missionariis latinis, ut Presbiterum Ruthenorum maxime ex Ordine D. Basilii Magni propter ministrandum Ruthenis necessario in fermentato conservent; *8vo*: propter certissimum periculum transitus Latinorum ad Riturum Ruthenorum, tum ex defectu summo ecclesiarum latinarum, tum propter promiscua eorundem cum Ruthenis conubia et maxime cum vir Ruthenus duxerit latinam conjugem, tum si absolute absque limitationibus ullis concederetur in illis Partibus usus Calendarii Graeci, esse omnino huic periculo providendum, alias semper magis ac magis vilescet, diminuetur, et contemnetur, etiam ab ipsismet Latinis, in his Partibus Russiae Regno Poloniae subiectae Ritus Latinus, et cultus necessarius ac observantia religionis eiusque propagatio et fervor, prout quotidiana experientia docet.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni generali*, vol. 810, f. 214.

Die 27 Martij 1765. Venceslaus, Archiepiscopus Leopoliensis.

Notandum *1mo*: quod ad Limites Regni Poloniae illius partis quae vulgo vocatur Ukraina, situata sit Regio amplissima quae vociferatur Nova-Rossia, spectans ad Dominium Imperatricis Moschoviae; praedicta Regio ante annos 30 fuit hominibus et praecipue Schismaticis, Lutheranis, Calvinistis, et non paucis tum Polonae quam Germanicae nationis Catholicis (repleta).

2do: In Metropolitana hujus Regionis Civitate nempe Elisabethum, praeter aliquos Sacerdotes Schismaticos, nulli alii reperiuntur Pastores; quare in fundamento emanati anno 1763 Edicti ab Imperatoria Majestate, omnes hae Incolae supplicarunt D. Gubernatorem Generalem totius istius Provinciae ut conduceret aliquot Sacerdotes ex Provincia Russiae Rubrae Regni Poloniae S. Francisci Observantium.

3tio: Praedicta Provincia Russiae Rubrae S. Francisci suos Conventus habet in Ukraina, et praesertim Conventus Cudnoviensis in ipsis limitibus quasi est situatus, hinc Patres dictae Provinciae optime sunt noti illis hominibus in ipsisque sibi complacent, praesertim ab notitiam linguarum tum Ruthenicae (:quali Patres communiter praecipue cum rudis hominibus loquuntur:), quam etiam linguae Germanicae, ac illis omnes ibidem ratione paupertatis favent, etiam ipsis Chaydamatis seu Kosacis multum placent.

4to: Haec Regio cum sita sit ad limites Regni Poloniae, multi de Natione Polona pro facienda fortuna illuc congregantur, quorum plerique ex simplicitate non habentes proprios suos Pastores ad Schismaticam sectam transierunt, cui malo multum medebitur si nostri erunt catholici Sacerdotes.

5to: Quod ex natione Germana de Secta Lutherana et Calvinistica inibi manentes longe procliviores sint ad fidem Orthodoxam, quam ad fidem Schismaticam, ideoque qui Pastoribus destituti in nostram Ecclesiam ad audiendam verbi Dei praedicationem libentissime convenient, ex quo fructus non parvus animarum, Dei adjuvante gratia, emergere potest, ex instante periculo mortis a nostris sacerdotibus facillime convertentur ad Fidem Orthodoxam. Modus vero pro certa sustentatione talis est propositus: ut Patres illuc destinati doceant pueros linguas Latinam, Polonam, et Germanicam, pro qua doctrina ex Gazophilacio Imperatricis Rossiarum apromissum est subsidium.

Elisabethum abest tribus leucis a confine Regis Poloniae.

1102.

1765.

De participatione Protoarchimandritae aliorumque Officialium maiorum in Synodo Provinciali Ruthenorum. Proponuntur dubia solvenda.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 810, f. 301-303v.

E.mi et Rnd.mi Domini.

Cum prope diem celebranda sit Synodus Provincialis Ruthenorum, eique interesse debeant tum Proto-Archimandrita tum etiam Abbates Ord.S.B.M. Congregationis Ruthenorum, Hypatius Bilinski dictae Congr. Proto-Archimandrita, humillimus EE. VV. Orator, praecavens ne quid detrimenti competens sibi jurisdictio patiat, vel tricae contentionesque suboriantur, quae Synodi ejusdem tranquillitatem, necessariamque animorum unionem pertur-

bent, Dubia nonnulla EE. VV. proponenda esse duxit, quorum responsa qua per est humilitate praestolatur.

Ac primo, nemini dubium esse potest, Oratorem, scilicet Protoarchimandritam eidem Synodo interesse debere tum vigore Sacrorum Canonum, quippe qui jurisdictionem temporalem ac spiritualem habet supra Monachos omnes suae Congreg., tum etiam ex novissimo Sacrae Congregationis ejusdem Decreto. Cum enim anno 1758, propositum fuerit sequens Dubium: An ad congressus seu actus Episcoporum quos hierarchicos vocant, in quibus interesse debent Abbates, vocari etiam debeat Protoarchimandrita? Placuit (f. 301v) EE. VV. sub die 20 Februarij definire: *Affirmative*.

Quaeritur itaque modo. An una cum Protoarchimandrita Synodo Provinciali interesse quoque debeant Consultores Generales Ordinis? Causa dubitandi est, quia in praelaudato Sacrae Congregationis Decreto nulla de Consultoribus Generalibus mentio fit. Affirmative tamen rescribendum videtur, nam jus interveniendi Synodis Protoarchimandritae competit ratione officij sui. Idem ergo jus extendendum ad Consultatores Generales videtur, qui officium cumulative cum Protoarchimandrita exercent eumque in regimine monasticae totius Congregationis adjuvant, juxta Regulam XV in VI.

Quaeritur etiam. An Provinciales quoque eorumque Consultores interesse Synodo debeant. Similiter affirmativa Responsio danda videtur. Nam Provinciales aequae Protoarchimandritam adjuvant in temporali et spirituali monachorum Regimine, quod partiuntur cum suis Consultoribus, ideoque respectu tum Provincialium tum Consultorum respectivarum Provinciarum recurrit citata Regula XV in VI.

Protoarchimandritae votum definitivum in praedicta Synodo competere dubitari non potest. Praepositos Generales Ordinum Regularium votum definitivum habuisse in Concilio Florentino, et Tridentino constat ex eorumdem Conciliorum actis, in quibus legitur dictos Generales subscripsisse: Ego N. definiens subscripsi (f. 302). Potiori itaque ratione votum definitivum eis competere videtur in Synodis Provincialibus, quae non sunt tantae dignitatis, atque auctoritatis, prout Concilia Generalia. Haec enim totam ligant Ecclesiam, illa vero unam dumtaxat Provinciam, indigentque Pontificia confirmatione. Sed cum Consultores Generales, Provincialesque et eorum Consultores unum Corpus, ac fere unam vocem constituunt cum suo Generali, hinc ijs quoque definitivum votum concedendum esse videtur.

Quaeritur quarto loco: An Protoarchimandrita Abbates sui Ordinis, qui Archimandritae vocantur, praecedere debeat? Etenim alias jam agitata cum fuerit quaestio praesens, annis scilicet 1743 et 1744, indecisa remansit, sanctaeque mem. Benedictus XIV in sua Decretali, quae incipit: *Inter plures*, §. *Duplex itaque*, sic provisionaliter definivit: *Decernimus, quod in omnibus actibus monasticis Protoarchimandrita praecedat Abbates, extra vero actus monasticos solitum servari praecipimus*, ita ut si extra praedictos casus usus invaluit, quod Abbas praecedat Protoarchimandritam, in posterum etiam ad Abbatem precedentia pertineat; si vero de praeterito obtinuit

quod Protoarchimandrita Abbatem praecedat, id ipsum deinceps servetur. Si consuetudo spectetur, quam per unum, alterumve actum minime firmari convenit inter Doctores, (f.302v) variam dubiamque eam fuisse comperimus. Animadvertendum quoque est: de tempore editae Pontificiae Decretalis Protoarchimandritam usu Pontificalium minime fuisse decoratum, quare incongruum videbatur, Abbates, qui *Infula* gaudebant, loco cedere multiloquio obijciebant Abbates. Sed cum subinde, anno scilicet 1751, idem Benedictus XIV Protoarchimandritae insignia Pontificalia concesserit, hujusmodi obstaculum, qualecumque illud erat, sublatum esse videtur.

Praeterea alia quoque quaestio tunc temporis agitabatur, nempe: *An abbates Protoarchimandritae vel potius Metropolitanano subiecti immediate esse deberent?*, uti constat ex ipsa Decretali *Inter plures*, §. *Hic igitur*, et sequentibus; immo Abbates ipsi ut pretensam suam a jurisdictione Protoarchimandritae exemptionem obtenderent, in Capitulo Generali habito anno 1743, celebrato Dubnae, renuntiaverant juri *passivo* quod habebant in electione Protoarchimandritae; ibidem, §. *quarta*. Sed haec quaestio sublata deinde fuit post duodecim annos ab eodem Pontifice suo Brevi quod incipit *Super Familiam*, dat. 30 Martij 1756, definitumque in eo fuit Abbates seu Archimandritas immediate jurisdictioni Protoarchimandritae pro tempore existentis subesse debere; ibidem §. *primo* (f. 303) *itaque*, ac sancitum quoque: ut praedicti Abbates in posterum tam in Provincialibus suarum respectibe Provinciarum, quam etiam in Generalibus universae Congregationis Capitulis activi et passivi suffragij jure fruantur; ibidem, §. *Secundo statutum est*. Et de facto nunc temporis unus ex Abbatibus munere fungitur consultoris Generalis.

Rebus itaque sic stantibus, incongruum nimis videtur, ut Abbates Protoarchimandritae, membra scilicet suo capiti, subditi suo immediato Superiori praecedant in Synodo.

Nec obest quod Abbates Ecclesiasticae Hierarchiae membra sint, subditosque habeant, quibus praesunt in spirituali directione. Directio siquidem spiritualis Protoarchimandritae latius patet, comprahenditque ipsos Abbates, ex qua spirituali directione Superiorum Generalium Ordinum Regularium fit ut his votum definitivum competat in Conciliis Generalibus; et ex his rationibus Protoarchimandritae praecedentia super Abbates in Synodo Provinciali adfirmanda videtur. Supplicat itaque Or. EE. VV. ut sequentia dubia dignentur diluere, videlicet:

1mo: An Synodis Provincialibus una cum Protarchimandrita Ordinis Sancti Basilii M. Congr. Ruthenorum interesse debeant Congregationis ejusdem Consultores Generales?

(f. 303v) 2º: An interesse quoque debeant Provinciales, seu Visitatores Congregationis ejusdem, Consultoresque Provinciales?

3º: An Consultoribus Generalibus, item Provincialibus et Provinciarum Consultoribus competat in praedictis Synodis votum definitivum?

4º: An Protoarchimandrita iisdem in Synodis praecedere debeat Abbates? Quod ex gratia, etc. etc. ...

1103.

1765.

Instantia cuiusdam dacerdotis ob iniurias sibi illatas.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 64-66v.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Giovanni Czerkiewicz, Sacerdote Polacco del Rito Greco Ruteno unito, curato della Parochiale Chiesa nel luogo detto Rokiczynce in Diocesi Vlodimirien., devotamente rappresenta, qualmente per più e diverse presunti ingiuste Cause fu sin dall'anno 1762 indovutamente non solo spogliato delli Terreni certi reali alla sua Chiesa Parochiale appartenenti, ma ancora con notabili strapazzi et ingiurie afflitto dal nobile Sokulski, Governatore di detto luogo Rokiczynce, e precisamente per avere ricusato di pagare Zecchini sei alla Cassa dell'Ill.mo Conte Potkoski, Capitaneo Trembowlen., e per esso al mentionato Governatore; che perciò fu assalito nella Casa Parochiale dalli Cosacchi armata mano, unitamente con il Governatore, e tra le altre acerbissime violenze, trovatovisi in detta Casa Gregorio, Sacerdote, uno de figli dell'Oratore, fu questi crudelmente (f. 64v) battuto e non dissimile incontro ebbe l'altro suo figlio secolare, percosso con più battiture e per fine carcerato; la mogle poi dell'Oratore e rispettivamente madre delli sopranominati acerbamente fu battuta in modo che fra pochi giorni se ne morì, assente l'Oratore, quale restitutosi alla sua Parochiale residenza e rispettiva abitazione, sentendo questi tali crudeli discasi patiti dalla sua povera famiglia, se ne fece ricorso al suo Vescovo e rispettivamente Metropolita, dove comparve anche il più volte nominato Governatore; che perciò ne furono deputati li Giudici per la revisione di tal Causa. Il Governatore però in questo fra tempo non aspettando il Giudizio de Giudici deputati, sottrasse armata mano all'Oratore quattro bovi e tre vacche, quali ritenne presso di se per lo spatio di tre mesi, per il quale attentato d'ingiuriosa represaglia pendente il giudizio delli Deputati, di nuovo l'Oratore (f. 65) fece ricorso al suo Metropolita, che non avendo giurisdizione su la Persona del Governatore, perche del Rito Latino, interdisse la Chiesa Parochiale, ad effetto che l'Oratore ricorresse alli Giudici competenti del rito Latino, e proposta la Causa avanti l'Officiale generale di Braclavia, ne riportò sentenza favorevole, dalla quale il Governatore ne reclamò alla Sac. Nuntiatura di Polonia, la quale procedendo in contumacia rimise la Causa al Giudice della prima istanza, condannando il Governatore alla restituzione dell'indovutamente percetto attentatamente armata mano, con la riflessione di tutti li danni e spese, come dall'annesse copie, segnate con lett. *A. e B.*, chiaramente risulta, e per l'essecuzione di detti Decreti ne furono sopra del medesimo comminate le Censure; ciò nonostante l'Officiale del Rito Greco Ruteno unito si arrogò e presunse il consenso dell'Oratore nel quale lo suppose (f. 65v) se in tutto sodisfatto, abbenchè del tutto ignorante et affat-

to non consentiente, riportandone così atto pubblico di quietanza mediante il falso consenso in essa espresso, che prodotta avanti il Giudice del Rito Latino, così ne estorse la totale Assolutoria, la di cui copia subito che fu comunicata all'Oratore, questi di nuovo fece ricorso al suo Metropolita, e nel ritorno alla sua Residenza, ingiuriosamente et attentamente dall'Officiale Ruteno fu carcerato, e posto fra Ceppi e Catene ingiungendoli anche opere servili, e di più ogni tre giorni veniva afflitto con cento battiture alla Moscovita, e contemporaneamente senza verun altro atto giudiziale del riferito Officiale generale Ruteno fu privato della sua Parochia, ed intieramente spogliato di tutti li suoi beni, et averi, e quello che si rende ulteriormente notabile si fu ancora la violente espulsione del di lui figlio Gregorio, Sacerdote, e rispettivamente (f. 66) Vicario di detta Parochia, con il qual titolo ne era stato ordinato, così senza verun delitto spogliato del suo Vicariato et opprobriosamente scacciato in odio del Padre.

Dalla sin quì lacrimevole notata serie de casi occorsi al miserabilissimo Oratore e sua Famiglia, à chiare note risulta essere di presente affatto impossibilitato, perchè mendico, a vendicare giudicialmente li suoi torti e rispettivamente danni patiti, con mortificazione e strapazzi corporali di cui ne riporta le piaghe, oltre li notabili incomodi sofferti delli viaggi di considerabili numerose leghe, poiche spogliato di tutte le sue ragioni, attoni e sostanze, con minaccia di maggiori sevitie nel suo ritorno, e precisamente di più rigorosa carcerazione; si supplica pertanto di benignamente sovvenirlo, diriggendolo con lettera commendatitia alla Sac. Nunziatura di provvedere (f. 66v) all'indennità dell'Oratore, dandoli il salvo condotto; comprendendovi il di lui figlio, e per ultimo dargli assistenza di elemosina per sussistere nel viaggio; acciò abbia maniera di giustificare le sue oppressioni, mettendo anche in vista alla Sac. Nunziatura che se per disgratiata ipotesi fosse Reo l'Oratore, si debba considerare l'infelicissima conditione di Gregorio, figlio, sacerdote ordinato a titolo di Vicario in detta Parochia e senza veruna colpa punito et egualmente spogliato.

Si è scritto sotto dì 25 Maggio 1765.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 71-72.

Anno Domini Millesimo septingentesimo sexagesimo secundo, die vero Mercurij decima mensis Novembris, Varsaviae.

Pro Adm. R. Joanne Czerkiewicz, Parocho Rokiczynce, originaliter Actore, ad praesens Recurrente.

Contra Generosum Dominum Josephum Sokulski, Gubernatorem Grzegorzecen., nec non V. Fiscalem Consistorij Braclavien. R.L.
Citos.

Coram Perillustri Rev.mo D.no D.no Paulo Aloysio Sylva J.V.D. Prothonotario Apostolico, Curiae Ill.mi Excell.mi ac Rev.dissmi Domini Domini Antonij Eugenij Vice Comitis Dei et Apostolicae Sedis Gratia Archiepiscopi Ephesini SS.mi Domini Nostri, Domini Clementis Divina Providentia Papae ejus Nominis XIII, Praelati domestici et assistentis ejusdemque et S. Sedis Apostolicae in Regno Poloniae et M.D. Lithuaniae cum facultatibus Legati de latere Nuntij, formali causarum Auditore et Judice, comparuit personalliter Generosus Jacobus Josephus Czulski suprascripti R.di recurren. legitimus Procurator in termino ex remedijs Juris in diem hodiernam provenien. contumaciam praeexpressorum citatorum quatenus non comparentium accusavit, et in ipsorum talem contumaciam Appelationem seu Recursum a Decreto v. Consistorij Braclavien. in causa inter se Adm. R. Recurren. ab una et Generosum Sokulski occasione invasionis Domus Plebanalis armata manu cum cosacis, adscitisque multis hominibus ibidemque Adm. R.di Gregorij (f. 71v) vix non ad mortem concussionis, obsanguinolationis, tandem in currum injectionis, et ad Aulam Gregorzecen. ligati tractionis ibique per aliquod dies incarcerationis, bovum atque vaccarum interceptionis, et per aliquot septimanas non restitutionis exindeque damnorum emergentium causationis, ac aliarum injuriarum tam personalium quam realium perpetrationis citatum praefate ab altera sub die 23tia mensis 7bris anno immediate elapso lati, quo mediante licet v. Judicium Officij Braclavien. Generosum Citt. visis objectis loculentissime per Testes probatis ex deductis punibilem adinvenit, minime tamen attentam proportionem et qualitatem damnorum, quia solvi 50 Marcas parti injunxit, et per suam sententiam receptis Marcis totidem Fisco adjudicatis, quoad injurias Partis exequi negavit citatumque a censuris totaliter absolvit, taliterque summopere Recurren. injurias interposit. seu fact. admitti, iurisdictionem fundari, de gravaminibus cognosci Decretum S. Instantiae meliorari, melioratoque cum condemnatione citatae Partis in expensis ad iudicium a quo pro executione remitti, restitutionem pecorum sive pecudum iniungi debita cum instantia postulavit, salvo etc. omni etc. Qui Rev.mus Dominus Auditor Generalis etc. Sedem etc. auditis etc. in contumaciam Partis citatae non comparentis, nec jura sua deducentis causam hanc remisit ad Judicium 1^{ae} Instantiae pro tali executione Decretorum alias latorum cum condemnatione dictae Partis citatae in expensis litis in eodem Judicio liquidandis et (f. 72) laxandis et ita etc.

Ex Prothocollo Actorum Sacrae Nunciaturae Apostolicae Extract. et Sigillo et Rev.mi Domini Antonij Eugenij Vicecomitis, Archi-Episcopis Ephesini et Nuntij Apostolici in Regno Poloniae etc. commuvi.

Petrus Jastremski, Publicus Sacrae, etc.
(L/S.)

1104.

1765.

De taxis vigentibus in eparchiis unitis occasione Ordinationum exigendis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi, Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 454-457.

RUTENI:

Fu mesi sono presentato a questa S. C. un ricorso, nel quale si supponeva, che Monsignor Feliciano Wolodkowicz, Metropolitano di Russia esigesse dagli Ordinandi varie esorbitanti somme; come dalla nota, che si dà all'Eminentissimo Signor Card. Ponente.

Questo ricorso si rimise secondo lo stile a Monsignor Nunzio di Polonia pro informazione, il quale in risposta ha mandata una lettera originale di Monsignor Vescovo di Brest, Coadjutore dello stesso Metropolitano nel Vescovato di Vladimiria,¹¹⁸ a cui si diresse per avere le più accertate notizie intorno alla verità dell'esposto.

Da una tal lettera dunque risulta, quanto al Metropolitano, che per antico costume riceve a titolo di omaggio un Zecchino, che gli offerisce il Promovendo, senza per altro sapersi se lo pretenda anche da quelli, che spontaneamente non gli lo offerissero. Da un fatto particolare, che si adduce (f. 454v) sembra potersi argomentare che in questo caso non lo pretenda. Il che è cosa certa, che i promovendi paghino all'Erario metropolitico chi quattro chi cinque zecchini, e se sono di vile conditione anche di più. Avverte l'Informante di aver ciò rilevato da quelli stessi, che hanno sborsate tali somme, e dai Ministri della Curia Metropolitana, i quali tra le altre cose gli hanno detto, che allorchè il loro Padrone fa le ordinazioni nell'Ukraina, riceve da ciaschedun Ordinando almeno sei zecchini.

Per quello poi che spetta al di lui Segretario, questi ricava dalle Ordinanze maggior lucro. Poichè, secondo il conto, che si fa, se l'Ordinazione si celebra nella Diocesi di Vladimiria, egli riscuoterà da ciaschedun Promovendo trenta o quaranta fiorini, e se si fa nell'Ukraina alle volte ottanta ed alle volte novanta Fiorini. E ciò per i seguenti titoli: — Pro rasura Coronae Clericalis — Pro Inscriptione nominis ordinati in librum matricis Ordinatorum — Testimoniorum (f. 455) susceptorum Ordinum scriptura et sigillo — inscriptione in actis Metropolitanis Litterarum presentationis — pro rasura Coronae Clericalis, et pro Musicis. Oltre i soprascritti titoli v'è anche quello di Fiscale nell'Ukraina, e vacando presentemente l'Uditorato del Metropolitano, il medesimo Segretario esige un Tallero, o otto Fiorini, che si pagavano all'Uditore. Era prima officio del medesimo Uditore d'istruire gli Ordinandi nele sacre ceremonie, e nelle funzioni proprie del loro Ministero. In oggi, che come si è detto, non vi è l'Uditore n'è stata data ad un altro la cura. Non avendo questi alcuna provvisione, si mantiene con quello gli somministrano gli Ordinandi. Dopo le più diligenti ricerche, assicura Monsignor Vescovo di Brest, di aver rilevato, che all'Istruttore non si

¹¹⁸ Antoninus Mlodovskyj, Coadiutor Volodimiriensis cum iure successionis et cum titulo Berestensis Episcopi. Coadiuto successit anno 1778, et eodem anno etiam obiit.

paga per l'ordinario più di un Tallero, o al più un Zecchino, ancorchè gli Ordinandi dovessero essere da lui istruiti per un anno intero.

Venendo ora all'ufficiale, o Vicario Generale, questi estorce danari dagli stessi Ordinandi sotto due (f. 455v) pretesti. Il primo, d'introduzione al possesso del Benefizio, a di cui titolo sono promossi, e per questo possesso pretende otto Fiorini. Il secondo titolo è di raccomandazione; inquantoche niuno si presenta al Metropolitanano per essere ordinato senza le commendatizie del suo Vicario, il quale alle volte raccomanda i soggetti senza neppur conoscerli; e per queste lettere esigge (dice l'originale) questo può. Anche l'Agente del Metropolitanano, che sta nell'Ukraina, ed è a lui molto ben'affetto, per quanto scrive di aver udito il Vescovo di Brest, bene spesso s'ingerisce a rilasciare non senza suo utile, simili commendatizie.

Questi abusi nascono particolarmente, perchè il Metropolitanano non da paga ai Ministri; in luogo di che da loro licentiam (sono parole del medesimo originale) quaerendorum quo illis placet titulo emolumentorum.

Essendo stato il più volte nominato Vescovo di Brest interrogato da Monsignor Nunzio come si regolassero anche gli altri Vescovi Ruteni, ed il (f. 456) passato Metropolitanano circa la Tassa delle Ordinazioni, quanto agli altri Vescovi, risponde, essere vario su ciò lo stile, perche unusquisque pro suo arbitrio agit, et res a probitate, et integritate Episcopi dependent, ejusque Ministrorum. Vero però si è, soggiunge, che egli ne conosce alcuni, i quali si astengono non solo dall'esiggere qualunque minima cosa; ma anche rifiutano i piccoli regali, che possono esser loro spontaneamente offerti; permettendo soltanto ai Ministri di riscuotere quelle propine, che sono state approvate nel Sinodo di Zamoscia. Verum, ripiglia, desideratur ut omnes Curiae Episcopales huic mori et stylo se conformare velint.

Per quello poi che appartiene al passato Metropolitanano, solevano gli ordinandi pagare in tempo suo:

Per l'Uditore Fiorini 8.

Per l'Istruttore nella S. Ceremonie Fiorini 4.

Per la Sacrestia, e per li Musicisti Fiorini 4.

Alla Cancellaria per le lettere testimoniali dell'Ordinazione Tinfoni 4, e Sesterzi 2.

Per il Cammeriere che rade la chierica Tinfone 1.

(f. 456v) All'Erario Metropolitanico per l'Istruzione al Benefizio Taleri 7.

E finalmente, a titolo di omaggio, un Talero, o otto Fiorini.

Questo è quanto in sostanza si raccoglie dalla lettera del Vescovo di Brest. Ora si degneranno l'Eminenze Vostre di risolvere:

I. Qual provvedimento debba darsi sul punto di cui si tratta riguardo al Metropolitanano?

II. Se si debba fare alcun passo, e quale perche anche gli altri Vescovi Ruteni, i quali intorno alle Tasse delle Ordinazioni si regolano secondo il loro arbitrio, sieno conformi in osservare tutti la medesima Tassa?

NOTA

Palliando i Vescovi Ruteni le Simonie, che commettevano nelle S. Or-

dinazioni sotto pretesto di non aver modo onde sostenere con qualche decoro il loro carattere, la S. C. nel 1720 ordinò al Nunzio di Polonia, che vedesse di far trattare nel Sinodo, che trovavasi allora convocato in Zamoscia, se fosse stato possibile, che ai (f. 457) suddetti Vescovi si stabilisse un annuo competente sussidio, da raccogliersi dai Parochi a titolo di Decima, o Cattedratico.

Dopo varie dispute del più e del meno, fu stabilito un tal sussidio e nel tit. 14: de Symonia, del medesimo Sinodo si trova proibita sotto gravi pene qualsivoglia esazione solita praticarsi dagli stessi Vescovi in occasione dell'Ordinazione, consecrazione, etc., permettendosi loro di riscuotere il solo Cattedratico.

Nello stesso Sinodo fu decretata una tassa per le Cancellarie Vescovili, nella quale per quello spetta alla Ordinazione, e provvisioni de beneficij non si trova che possa essigersi altro, se non che: Pro Inscriptione provisionis (beneficij) cum ejus transumpto — Flor. 3. Pro dimissorialibus sine redditu — Fior. 8. — Pro formatis, seu testimonialibus Ordinum — Flor. unus cum dimidio. — Commenda alicujus ecclesiae — Flor. 6.

Per quello poi che appartiene alla persona del presente Metropolitanò è da sapersi, che nel 1762 fu egli processato dalla Nunziatura (f. 457v) di Polonia per supposte Simonie, e troppo libero tratto con persona di diverso sesso. Quello che da tal processo precisamente risultasse, ora non si sà, per essersi perduto nella Segreteria del Concilio, ove fu rimesso. Quello che è certo si è, che la Santità di Nostro Signore gli scrisse un Breve oratorio, nel quale si suppone, che il Metropolitanò fosse poco attento nel suo Offizio, e poco dopo gli fu dato un Coadiutore tanto nella Metropolia, che nel Vescovato di Vladimirià.

26 Agosto 1765.

1105.

1765.

Instantia Episcopi Leopoliensis ut Basiliani relinquunt ecclesiam cathedralem Haliciensem, etc.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 473rv, 477.

Emin.mi, e Rev.mi Signori.

Leone Szeptycki, Vescovo Ruteno di Leopoli, e Coadiutore del Metropolitanò di tutte le Russie, supplica umilmente l'EE. VV. acciò si degnino ordinare in esecuzione della nota disposizione della S. M. di Benedetto XIV, che i quattro Monaci Basiliari, li quali anno occupato la Cattedrale di Halicz, sotto l'invocazione della B. V. Assunta, e spettante al Vescovo Oratore, se ne ritornino alli loro Monasterij Claustrali, e ciò per le seguenti gravi ragioni. Primo, perchè la fondazione di essa Cattedrale fatta l'anno 1301, da Leone Principe di Russia, fu fatta a favore de Preti Secolari, li quali vi

sono stati lungo tempo; secondo, essendo occupata da d. Monaci, il Vescovo non ha ove collocare i Preti di quella Diocesi, li quali restano in tal maniera esclusi dal servizio della Catedrale, per sostentamento de quali l'Oratore vuol fare una fondazione per riparare le perdite per varij accidenti sofferte dall'antica già accennata.

(f. 473v) Terzo, perche avendo essi per forza della Costituzione Apostolica abbandonato il piccolo Monasterio in Krylos, e la Chiesa sotto l'invocazione di S. Elia, à più forte ragione devono lasciare anche la Cattedrale, ove il Vescovo che n'è il Padrone non li vuole. Quarto, perche non possono pretendere di restarvi sotto il pretesto di accrescere la somma per altri quattro Monaci, non avendo ivi alcun fondo proprio, neppure quello, su cui l'accennato Prelato eresse il piccolo Monastero di legno, essendosi esso, che quello della Chiesa di S. Elia fondi vescovili, e questo loro pretesto non si fa valere che per eludere la Costituzione Pontificia, e così andar tirando à lungo, ed intanto burlarsi del Vescovo, e tener di colà lontani i Preti secolari, i quali il prefato Monsignor Szumlanski non ha voluto, ne potuto escludere, come apparisce dall'articolo del di lui Testamento, che si da annesso.

(f. 477) In oltre, deve anche ordinarsi, che partendo essi lascino tanto li Legati pii da ivi sodisfarsi per il suffragio delle anime di varij Benefattori, quanto la mentovata fondazione del detto Prelato, essendo stata fatta per divozione della Vergine Taumaturga, esistente in detta Catedrale, e non à contemplazione de Monaci, come si dichiara nel principio dell'articolo testamentario.

In visita di tutti questi gravi motivi, ed acciocchè il Clero Secolare Ruteno possa rilevarsi in qualche parte dalla deplorabile abiezione, in cui trovasi, spera l'Oratore che l'EE. VV. per la loro giustizia, e carità si degnaranno esaudirlo. Che etc. etc. etc. ...

19 Ottobre 1765.

1106.

1765.

Pro amplioribus facultatibus Metropolitanis Kioviensis dispensandi ab irregularitatibus et impedimentis.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 553rv.

Emin.mi, ac Rmi Patres, ac Domini.

Exponit humiliter Eminentis Vestris devotus Orator Philippus Felicianus Wolodkowicz, Archiepiscopus Kijoviensis, et Haliciensis, totiusque Russiae Metropolitae, nec non Episcopus Vlodomiriensis Ritus Rutheni uniti, se tam ex fidis relationibus, quam etiam ex Pastoralibus visitationibusprehendisse, quod non raro Parochi, aliique Ecclesiastici ejus subditi inter se ex aliqua occasione rixantes incidunt in excommunicationem Canonis: *Si quis* etc., a qua cum a proprio Ordinario, ad quem aliquando recurrunt, ab

solvi nequeant, et aliunde utpote in remotissimis ab Urbe Roma Regionibus existentes, et ut plurimum pauperrimi, impares sint dictam absolutionem a S. Sede per aliquem Procuratorem impetrandi, quae insuper priusquam obtineretur, diu ab Altaris ministerio, non sine gravi scandalo, et spirituali Parochianorum detrimento abstinere deberent, hinc proinde, ut plurimum accidit, quod iidem nulla obtenta ab expressa censura absolutione, sed praemissa solummodo Sacramentali confessione, atque aliqua cum Offensis reconciliatione, Missam celebrare et Sacramenta administrare non vereantur, atque ita per consequens irregularitatem contrahant, in eaque, quod maxime deplorandum est, diutissime, et ad mortem usque perseverare praesumant.

Cui quidem gravissimo malo oportune consulere cupiens, praefatus Metropolitae Orator iterum recurrit ad Eminentiarum Vestrarum clementiam, easque humillime, enixisque precibus exorat, quatenus misero huiusmodi Ecclesiasticorum statu benigne commiserantes, inherentesque amplissimis facultatibus, quae primum a S. Mem. Papa Clemente VIII concessae fuerunt concedique successive consueverunt Metropolitanis totius Russiae, pro tempore de septennio in septennium, et inter quas facultates, ut liquet ex earum Formulario typis impresso sub num. 2º, haec deprehenditur: — Dispensandi in quibuscumque irregularitatibus, exceptis illis, quae vel ex bigamia vera, vel ex homicidio voluntario proveniunt —, implorare dignentur a SS.mo Domino Nostro eidem Metropolitae Oratori etiam, aut saltem tamquam Delegato Apostolico facultatem ad septennium duraturam absolventi (satisfacta tamen prius parte) Praesbyteros, et Clericos, aliosque subditos suos a (f. 553v) praefata Excommunicatione Canonis: *Si quis*, etc., et, quatenus opus fuerit, super irregularitate etiam exinde proveniente cum iisdem respective dispensandi, quod dictus Orator se executurum de more, et ut par est promittit omnino gratis, et absque ulla vel minima mercede, ut a Grege suo tot gravissima mala, et scandala solummodo removeat.

Quam gratiam, etc. etc.

1107.

1765.

Dubia quaedam de regimine Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 199-201v.

Em.me et Rev.me Domine.

Coram ista Sacra Congregatione praesentatae fuerunt preces Abbatis Generalis Congr. Monasticae Basilianae in hunc modum efformatae, scilicet: « Abbas Generalis Ord. S. Basilij M. Congr. Ruthenorum cum profundissimo obsequio exponit EE. VV., quomodo in capitulo Brestensi celebrato anno 1751, nata difficultate: quomodo et a quo deberet fieri mutatio Superiorum? In Congregatione Particulari habita coram Sancta mem. PP. Benedicto XIV, die 26 Novembr. 1752, fuit propositum sequens Dubium:

« Dubium XI, ex eadem Sessione, scilicet 2da, nº. 7mo: An liceat Pro-

vincialibus, inconsulto Protoarchimandrita, constituere Superiores locales monasteriorum suae Provinciae, illos mutare vel etiam privare et quatenus negative? An teneantur pro omnibus Superioribus constituendis recurrere ad Protoarchimandritam et quatenus affirmative: an debeant proponere determinatam Personam, quam Protoarchimandrita, non adinvento canonico impedimento, approbare teneatur?

« Ad hoc Dubium fuit responsum: — Licere Provincialibus cum suo Consultorio, juxta Capitulum Dubnen. anni 1742,¹¹⁹ Sess. 13, Constit. 7a, Superiores seu Praesidentes minores mutare, secus vero quoad Superiores monasteriorum insigniorum, pro quibus mutandis vel privandis Provinciales tenentur omnino recurrere ad Protoarchimandritam; ut de propositis ab ipso monachis illud una cum suo Consultorio Generali statuatur, quod justitiae, regulari observantiae atque monasteriorum utilitati magis consonum videbitur; insigniora vero monasteria ea omnia reputari debere, quae jus habent mittendi vocales cum suffragio ad capitula Generalia et Provincialia.

(f. 199v) Demum exorta fuit altera quaestio circa litteras obedientiales extradendas electis ita Superioribus a Protoarchimandrita et Suo Consultorio Generali, unde in Congreg. Sacra istius Subselij, 21 april. anno 1755, fuit propositum sequens Dubium:

An litterae obedientiales Superioribus insigniorum monasteriorum a Protoarchimandrita vel potius a Provincialibus extradi debeant?

Ad istud Dubium fuit responsum sequenti modo et forma: Ad primum, Superioribus insigniorum monasteriorum Litteras obedientiales extradendas esse a Provincialibus, eis tamen per integrum mensem extradere aut negligentibus aut recusantibus, extradendas esse a Protoarchimandrita.

Hae sapientissimae Resolutiones et sancita istius Sacrae Congregationis ad Dubia supradicta, gratiosissime obtenta, lecta et publicata fuerunt in ultimo Capitulo Generali Bresten anni 1759 atque Actis ejusdem Capituli ingrossata, n^o. 1mo et 2do. Quare non potest dubitari quod ita acceptata adamusim observari debeant.

Nihilominus in re tam explorata favore juris Protoarchimandritae, sunt qui in fundamento restrictae Episcopis potestatis in extradendis Litteris obedientialibus pro electis Superioribus ad insigniora monasteria, interpretari velint verba Resolutionis ad Dub. XI, citata superius, ut de propositis ab ipso, atque dubitare:

Imo: An solus Protoarchimandrita debeat proponere suo Consultorio Generali Candidatos in Superiores ad insigniora monasteria, vel potius Provinciales debeant proponere tales Candidatos, ut de propositis Protoarchimandrita cum suo Consultorio Generali eligat quem magis (f. 200) idoneum judicaverit in Domino.

Animadvertendum est, quod ultra sancita sanctae mem. PP. Benedic-

¹¹⁹ Capitulum Dubnense locum habuit anno 1743, diebus 27 maii usque 12 iunii. Cfr. M. M. Wojnar, OSBM, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, pag. 23.

ti XIV et istius Sacrae Congreg. favore jurisdictionis Protoarchimandritae, accedat etiam, quod non parum relevat, scilicet quod Provinciales singulis annis comportent actus Visitationis respectivarum Provinciarum ad Protoarchimandritam, in quibus nomina, cognomina, officium, aetas et mores uniuersusque monachi descripta reperiuntur. Quare non videtur remanere locus ut Provinciales proponant Protoarchimandritae candidatos ad insigniora monasteria gubernanda, aut quomodolibet praetendant ut Protoarchimandrita de Proponendis informationem postulet a Provincialibus et eorum Consultorio.

Accedit 2do, quod Consultores Generales, qui ad latus Protoarchimandritae resident, communiter perfectam notitiam habeant insigniorum Monachorum atque ipse Protoarchimandrita, quia iidem, postquam varia munia obiverint in respectivis Provinciis, tandem ad officia Ordinis assumuntur in Capitulo Generali, ubi congregatur celebrior pars insigniorum Monachorum, ad centum circiter Personas.

Unde videtur oportere deduci resolutionem, quod solus Protoarchimandrita, prout jam statuit Sanctae memoriae PP. Benedictus XIV et ista Sacra Congreg. in Resolutione citata ad Dub. XI, ut de propositis ab ipso (scilicet Protoarchimandrita) debeat proponere candidatos suo Consultorio Generali in casu exposito.

Cum autem in supradictis resolutionibus non sit provisum de numero proponendorum ad regimen insigniorum monasteriorum, hinc Orator supplicat etiam pro resolutione Dubiorum quae sequuntur:

2do: An debeant proponi a quo de jure plures Candidati ad regimen insigniorum monasteriorum et quot? vel etiam sufficiat proponere (f. 200v) unum, quem, non adinvento canonico impedimento, Protoarchimandrita et suum Consultorium debeat eligere.

Quod nimis coarctaret facultatem Consultorij Generalis et jus eligendi dictos Superiores, quod habent sibi concessum a sanctae mem. PP. Benedicto XIV et ista Sacra Congregatione in supra dicta Resolutione ad Dub. XI; eo enim modo in electione, quae debet esse libera, non haberent Consultores Generales libertatem, non possent enim in alium sua vota conferre, et stricte loquendo obligarentur suscipere propositum, non autem eligere;

Ad haec citata Regula ad Dub. XI expresse habet, ut de propositis ab ipso monachis illud una statuatur cum suo Consultorio Generali quod iustitiae etc., unde sequitur debere proponi plures Candidatos, quot vero debeant proponi supplicat Orator pro determinatione.

3tio: Supposito quod plures proponi debeant Candidati ad dictos Prioratus: An de propositis debeat fieri electio per vota secreta vel in voce? quod ultimum quodammodo odiosum videtur et EE.VV. die XI Julij anni 1763, inter decreta super Actis Sapiduli Generalis Bresten, ad numerum 8, statuerunt ut per vota secreta quaestiones definiantur, hisce formalibus: — Ut quaecunque in Capitulis Generalibus quaestiones enascuntur, semper per suffragia secreta definiantur, etc. Quod etiam in electione Superiorum in Capitulis officij Generalis atque in subalternis Provinciarum Capitulis,

quibus competit jus eligendi Praesidentes seu Superiores ad minora monasteria ex Regula Capituli Generalis Dubnen., 7a, Sess. 13, et Resolutione Sanctae mem. PP. Benedicti XIV atque istius Sacrae Congregationis, scilicet: Ad dub. XI, supra citata, utilissimum foret statuere atque ad alios eorundem Capitulorum actus extendere pro servanda ratione et libertate resolvendi actus sive electionis sive consilij.

(f. 201) *4to*: An casu quo duo insigniora monasteria vacaverint vel duorum Superiorum mutatione opus fuerit, debeant proponi plures diversi candidati ad unumquodque dictorum monasteriorum, vel potius ad unum dumtaxat monasterium plures proponantur Candidati. Postquam vero ex propositis fuerit facta electio unius in Superiorem ad unum dictorum monasteriorum, in secunda facienda electione Rectoris ad aliud monasterium possit et debeat fieri substitutio unius tantum Candidati, reliqui vero ex propositis in prima candidatura, in secunda iterum reproponantur, supposito quod nullum habeant canonicum impedimentum.

Hae preces humillimi Oratoris tam in principali quam in alijs fuerunt remissae pro informatione ad Ill.mum Dominum Nuntium istius Sanctae Sedis in Regno Poloniae.

Cum autem, Emin.me et Rev.me Domine, Tribunal Sacrae Nunciaturae sit multis majoribus perficiendis distractum ab eadem S. Sede commendatis, quare non ita facile seu non nisi in longissimo tractu temporis, ut firma experientia probatum est, dispositioni in hac re satisfacere valeat, et preces Oratoris humillimi eae sint, quae jam resolutionem Sanctae Sedis habuerunt quaeque unice pro explicatione sapientissimae Resolutionis renovantur, aliunde vero necessitas deputandi Superiores ad insigniora monasteria exposcit et probabiliter exproscet Oratorem ut procedat ad electionem Superiorum, ne destitutum Rectore monasterium patiatur immi-
nutionem disciplinae regularis et boni ordinis.

Orator vero facta instantia pro resolutione rei expositae nec obtenta eadem quam pro Regula agendi haberet, haud audet aut resolvere quidquam aut secundum Regulam stabilitam (f. 201v) procedere. Ne peccare videatur in procedendo, exequendo scilicet actum, non obtenta istius Sacrae Congreg. Resolutione in re pro qua humillimas preces porrexit, hinc occurrendo disordini quem fundate vel irrepsisse aliquomodo aut irrepsurum certo praevidet Procurator Generalis dicti Oratoris et Congreg., humillimus E.V. Orator supplicat pro gratia ut suprafato Rev.mo Abbati Generali per litteras suas Emin.tia Vestra commendare dignetur, in casu praesenti scilicet, ut in electione Superiorum ad monasteria vocalia procedat secundum Regulam jam sancitam a sanctae mem. PP. Benedicto XIV, proponendo ipse secundum jus commune tres Candidatos suo Consultorio Generali pro eligendo ad Regimen insignioris monasterii Superiore et extradando litteras obedientiales eidem vel eisdem quousque clariorem desideratam Resolutionem ab hac Sacra Congregatione in casu exposito non patietur.

Quam gratiam Deus, etc. ...

Si è scritto in Xbre 1765.

1108.

1765.

Instantia Coadiutoris Volodimiriensis ut possit ritenere Archimandrias Basilianorum ante suam consecrationem possessas.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 107, f. 180.

Beatissimo Padre.

Antonio Mlodowski, Vescovo Turoviense in Partibus e Coadiutore del Vescovato Pincense di rito Ruteno-Latino unito,¹²⁰ Oratore umilissimo della S.V., riverentemente espone, qualmente egli dieci anni prima della sua consecrazione godeva l'Abbazia Polocense dell'Ordine di S. Basilio, e poco tempo prima della sua promozione fu provveduto di un'altra Badia Suprasliense di detto Ordine, tutte e due di jus patronato laicale, quali Abbadi presentemente ritiene etiam post consecrationem in vigore dei privilegi dei ruteni, che per sex menses possano ritenere i benefici dopo di essere consacrati, e desiderando il suddetto Oratore ritenere perpetuamente le dette due Abbadi per il suo congruo mantenimento, concorrendovi anche il consenso dei Patroni, supplica umilmente la S.V. a volergliene accordare la ritenzione, etc.

1109.

1766.

De fundatione monasterii Krystynopolitani Basilianorum et de difficultatibus ex defectu dotis necessariae.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 811, f. 165-166.

Emin.mi, et Rev.mi Domini.

Comes Franciscus Salesius Potocki, Palatinus Generalis Terrarum Kijoviae,¹²¹ Orator humillimus EE.VV., reverenter exponit, ipsum in suo oppido Crystinopoli dicto, pro maiori animarum utilitate, et Catholicae Religionis incremento fundasse, et erexisse ad ecclesiam Parochialem¹²² Collegium quinque Missionarium Ordinis S. Basilij Magni Ruthenorum, quam quidem fundationem omni ex parte utilissimam tam Ordinarius Kioviensis, quam etiam Protoarchimandrita, seu Generalis totius Ordinis S.B.M. unanimi consensione probarunt,

¹²⁰ Cfr. supra, nota 118.

¹²¹ Franciscus Salesius Potocki, ex famosa familia Potockiana, Palatinus Kioviensis inter annos 1753-1771, quo anno obiit.

¹²² Monasterium Krystynopolitanum revera tunc temporis fundatum fuit ad ecclesiam S. Georgii Martyris, et usque ad tempora novissima perduravit (an. 1946), ut sedes studiorum superiorum Provinciae SS. Salvatoris seu Haliciensis.

neque contrariam Orator opinatur esse potuisse informationem Rev.mi Nuntij, ab hac Sacra Congregatione requisitam. Quia vero in admittenda eiusmodi tam necessaria, et pia foundatione aliqua emersit difficultas ob decretalem (f. 165v) S.M. Benedicti XIV, quae incipit: *Inter plures*, prohibetque conventus, in quibus ob defectum necessarij numeri octo Monachorum Regularis observantia manuteneri non posset, ad tollendam idcirco quamcumque amaritudinem supplicat Orator antedictus EE.VV., quatenus dignentur huic foundationi consensum, et approbationem impertiri sub ea declaratione, quod interim dicti Missionarii, donec ad numerum praescriptum octo Monachorum vel ab Oratore, vel ab alijs Benefactoribus augeantur, in omnibus subiecti esse debeant Ordinario etiam quoad internam, et Regularem Disciplinam. Ita enim uberrime satisfactum remanebit saluberrimae Decretali S.M. Benedicti XIV, eiusque finis, et spiritus implebitur (f. 166) atque ita simul admitti sine ulla difficultate poterit tam utilis, ac necessaria fundatio pro spirituali animarum bono respuenda. Quam gratiam, etc. etc.

1110.

1766.

Pro confirmatione Apostolica foundationis monasterii Krystynopolitani Basilianorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 811, f. 167rv;
 ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 107, fol. 122 (alia copia).

B.me Pater.

Franciscus Salesius Comes Potocki, Palatinus Generalis Terrarum Kioviae, Orator humillimus, provolutus ad pedes S.V. reverenter exponit, ipsum nuper ad augendum Divinum Cultum, propagandamque catholicam Religionem in oppido suo haereditario Krystinopol, ad ecclesiam Parochialem S. Georgei Martiris, per suos Antecessores erectam, et dotatam Missionem Regulae S. Basilij Magni Ritus Graeci Romano uniti, assignatis pro manutentione quinque Missionariorum idoneis redditibus fundasse, eandemque foundationem uti summopere utilem, imo in illis Partibus maxime necessariam non solum a P. Protoarchmandrita Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum, sed etiam ab Ordinario Chelmensi fuisse (f. 167v) approbatam, uti constat ex adnexo documento. Cum vero, Beatissime Pater, haec omnia, ut par erat, gesta fuerint sub expressa reservatione consensus Sanctitatis Vestrae, et Beneplaciti Apostolici, supplicat idcirco Orator antedictus Sanctitati Vestrae, quatenus dignetur eiusmodi foundationem ratam habere, et Apostolica Confirmatione munire. Quam gratiam, etc. etc. etc.

1111.

1766.

Subsidium pro Alumnis in patriam redeuntibus.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 813, f. 40.
Emin.mo, e Rev.mo Signore.

Gl'infrascritti Alunni, che finiscono il triennio di Teologia per l'imminente Pasqua, e dovendo partire per fare le S. Missioni, supplicano l'E.V. di ordinare i loro consueti viatici, acciò si possono provvedere degl'abiti, e ridurre i mandati della Sagra Congregazione in moneta contante per il loro viaggio, il che si stenta molto per la penuria del denaro, ed acciò possano prevalersi delle opportune occasioni che si presentano di boni compagni per la strada, specialmente i due Ruteni, che anno pronti alcuni loro Monaci, che partiranno subito, terminate le Feste Pasquali, dal Collegio Greco, e dalla Madonna del Pascolo che

- | | |
|---|------|
| 1. Giuseppe Cariati di Mangad nel Malabar nell'Indie Or. | 140. |
| 2. Pietro Paolo Hagi Ancirano Arm. Monaco del M. Libano | 70. |
| 3. Pietro Muradgia Armeno di Costantinopoli | 70. |
| 4. Pietro Korkananti Armeno di Tiflis in Giorgia | 80. |
| 5. Patrizio Stefanopoli Greco di Livorno in Toscana | 30. |
| 6. Martino Papai Armeno di Elizabetopoli in Transilvan. | 70. |
| 7. Pietro Miriditi Latino di Alessio in Albania | 35. |
| 9. P. Melezio Lucki Basiliano di Lituania | 70. |
| 10. Ermano Winans di Groninga in Olanda, parte per
infermità | 70. |
| 11. Saverio Condili di Naxia, parte per infermità | 70. |

 705.

3 Martij 1766.
Senza Originale.

1112.

1766.

Supplicatur pro extraditione quorundam decretorum ex Archivo S. Congr. de Prop. Fide spectantium materias Ruthenorum unitorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 556-557.

Le notizie della S. Congregazione di P.F. ai 26 Marzo 1766, trasmesse a Monsignor Nunzio Apostolico di Polonia, gioveranno di molto la difesa de' Ruteni Uniti contro l'impeto de' moderni Scismatici.

Siccome poi nelle suddette notizie si citano alcuni atti favorevoli a tale difesa, perciò la Chiesa Greca Rutena Cattolica desidera poterli per mezzo

di Monsignor Nunzio avere per extensum et in forma authentica, secondo la serie, che segue:

1° S. Casimiro ottenne dal Re suo Padre la legge proibitiva agli Scismatici di edificare e riedificare le loro Chiese. Questa legge non si ritrova in Polonia per quanto sia stata ricercata, si cita però nelle suddette notizie, e dovrebbero leggere nel Processo fatto per la Canonizzazione di questo Santo.

2° Il decreto di Sigismondo 3°, similmente proibitivo, non è palese ai Ruteni.

3° Anno 1632. Nella Dieta della elezione Regia gli Scismatici, secondo le suddette notizie, tra le altre cose domandarono alla Republica, che si rivo-casse la proibizione delle suddette edificazioni, e riedificazioni.

4° Anno 1632. Quali prove si potrebbero avere per far costare, che il Metropolitanò di Russia abbia sottoscritto ai punti accordati da Vladislao Re ai Cosacchi.

5° La lettera di Vladislao Re ¹²³ scritta al Papa per conferma dei suddetti punti.

6° Brevi Pontifici al Re Vladislao, al Cardinale di Polonia, al Primate del Regno, al Metropolitanò di Russia.

7° L'istruzione trasmessa dalla S. Congregazione di P.F. a Nunzio Apostolico sotto li 23.Xmbre.

8° Come si potrebbe dedurre, che il P. Valeriano Magno Cappuccino sia stato spedito a Roma da Vladislao Re per domandare la suddetta conferma.

9° (f. 556v) Breve, con cui il Papa consigliato dalla Congregazione di P.F. dovea irritare i Punti Vladislaviani.

10° ...1633. Si desiderano buoni fondamenti per dedurre, che l'ambasciator di Polonia abbia domandato alla S. Sede la conferma de predetti Punti.

11° Quale lettera del Re Vladislao sia stata riferita nella Congregazione di P.F., tenutasi sotto li 2, 4, 5, Febraro.

12° 1634. Con quale autorità si esibisce il P. Valeriano Cappuccino di voler riformare i Punti accordati dal Re Vladislao ai Cosacchi, e il Diploma Regio.

13° 1664. L'assicurazione della Republica fatta in favor deg'Uniti, e contro i Patti di Hadiacz, non esiste nel libro delle Patrie Costituzioni, ne meno negli Archivi del Regno. Esiste bensì fra le Memorie della S. Nunziatura di Varsavia, ma per far valere un sì bell'atto gioverà l'esemplare Romano, conforme a quello della Nunziatura.

14° 1670. Brevi Pontifici al Re Michele, al Primate del Regno etc., per impedire quelle concessioni, che cercavano i Scismatici a tutto costo.

15° 1669. Il memoriale presentato da Cosacchi alla Dieta, e trasmesso dal Nunzio Apostolico alla S. Sede, si accenna nelle suddette notizie.

16° 1711. Cirillo Szumlanski, Monaco Unito, per l'intercessione del Zar

¹²³ Vladislaus IV, Rex Poloniae, ann. 1632-1648.

di Moscovia ottenne dal Re Augusto II l'amministrazione del Vescovado di Luceoria.

1712. Ma fattosi di poi Scismatico ricevette la sua Consegrazione dall'Antimetropolita di Kiovia, perciò fu dal suddetto Re (f. 557) discacciato in sequela del Breve Pontificio, malgrado le forti doglianse, che ne faceva il Zar, opponendo i Trattati stipulati col Re Giovanni III.¹²⁴

17° Come si dovrà rispondere alla solenne Protesta riferita ne Sommarj Polocen. Bonorum, e fatta sino dall'anno 1726, dal Pseudo Vescovo di Mohilovia, in occasione delle decisioni Rotali, colle quali si è fissata falsamente l'inesistenza dell'Unione Rutena prima di Clemente P.P. VIII, e l'incapacità de' moderni Uniti per rivendicare ciò, che anticamente spettava alle loro Chiese.

26 Marzo 1766.

1113.

1766.

Dispensatio ab impedimento bigamiae.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, f. 564.

Beatissime Pater.

Antonius Danielewicz, Parochus Cornianensis Dioecesis Brestentis Ritus Rutheni Uniti, humillimus S.V. Orator, obsequentissime exponit, quod ipse post contractum matrimonium cum moderna sua consorte, ignorans eam per alium virum fuisse adulteram, matrimonialem cum eadem habuit copulam, pro qua Bigamus factus fuit. Habita notitia de premissis, Officium Generale Brestense pro Irregulari Oratorem declaravit, ex eo quod celebraverat. Cum sit idcirco ab exercitio Altaris suspensus, et pro Irregulari declaratus, non tamen a Beneficio amotus, humillime supplicatur S.V. quatenus dignetur a dicta irregularitate dispensare, et pro hujusmodi effectu remittere preces ad S. Congregationem Propagandae Fidei, ut committat proprio Ordinario, quod Oratorem ad curam animarum exercendam habilem restituat, et Deus etc. etc.

1114.

1766.

Requiritur copia autentica quorundam documentorum ex Archivo S.C. de Prop. Fide.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 814, f. 13.

Emin.mi e Rev.mi Signori.

Il Abbate Generale dell'Ordine de' Basiliani Ruteni avendo in obbligo di far stendere il Codice delle Costituzioni per buon regolamento della sua Congregazione, a tenore de' i Decreti dell'ultimo Capitolo Generale di Bresta,

¹²⁴ Joannes III Sobieski, Rex Poloniae 1675-1696; agitur de s. d. tractatu « aeterno » anno 1689 inter Poloniam et Moscoviam inito.

costituzione 28,¹²⁵ con più profondo ossequio supplica le loro EE. per la grazia di poter far la ricerca nell'Archivio di questa S. Congregazione de i Decreti e Risoluzioni fatte in varie occasioni alle domande de i Rettori di stesso Ordine e per la comunicazione di essi decreti ad effetto di appoggiare sudette Costituzioni sopra i detti Decreti, de quali avendo bisogno per facilitar le sue suppliche aggiunge anche nel separato folio la nota de alcuni Decreti.

Che della grazia, etc. etc.

28 Aprilis 1766.

Il P. Abate Generale de Basiliani Ruteni.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 814, f. 14rv.

DECRETA SACRAE CONGREGATIONIS DE PROPAGANDA FIDE

1623-Die 28 Maji: Decretum pro Seminario Rutheno.

1623-Die 28 Jan: Breve Gregorij XV ad Sigismundum III, pro Unitis.

1624-Die 22 Jan: de scribendis literis pro Unitis.

Die 27 Febr: de transitu Ruthenorum;

de Calendario et jejunijs Ruthenorum;

de scribendis literis super morte B. Martyris Josaphat.

Die 30 Apr: de Immunitate Cleri Rutheni.

Die eadem: de Processu construendo super vita ed morte B. Josaphat.

Die 31 Maij: de Carmelitis ad Basilianos admittendis.

Die 7 Julij: de Transitu Ruthenorum ad Ritus Latinum;

de quibusdam Episcopis invitandis ad Unionem;

de Privilegijs Pauli V, ad Ruthenos extendendis;

de Coadjutore a Josepho Metropol. assumendo;

Die 9 Augusti: de Concilijs Provincialibus celebrandis;

de Moschovia.

Die 6.7bris: de concedendo altari Privilegiato;

de Carnibus non manducandis;

de Episcoporum Metropolitanarum assistentia ad Comitata.

Die 19.9bris: de Altari Privilegiato.

1624-Die 24.8bris: Decretum S. Congr. de Prop. Fide de Conf. Ruth.

1626-Die 1 Iunii: Decretum simile.

1631-Die 20 Augusti: Urbani VIII, Breve de Confessionibus.

1634-Die 20 Martij: Decretum S. Congr. de Prop. Fide de sufferendo Privilegio.

¹²⁵ Capitulum Berestense an. 1759. Cfr. M. M. WOJNAR, *De Capitulis Basilianorum*, Romae 1954, pag. 25-26. Commissio ad Codicem Constitutionum redigendum constabat 12 membris, et pro anno 1766 convocata fuit.

- 1638-Die 24 Apr: Decretum S. Congr. Rituum de aperiendo Processu B. Martyris.
- 1638-Die 19 Iulij: Decretum S. Congr. de Prop. Fide Super Processu B. Martyris.
- Die 24.7bris: Decretum S. Congr. Rituum super Processu.
- 1639-Die 12 Maij: Decretum S. Congr. Visit. Apost. de Residentia nostra Romana.
- 1642-Die 14.Xbris: Decretum S. Congr. Rituum in eodem negotio.
- 1643-Die 15 Iunij:
- Die 14 Augusti: Decreta Sacrae Congregationis de Propaganda Fide
- Die 25 Augusti: de Confessionibus Ruthenorum
- Die 28.7bris:
- 1643-Die 15 Iunii: Decreta super variis rebus Ruthenorum.
- Die 7 Augusti: Decreta super variis.
- Die 14 Augusti: Decreta de Clausula.
- Responsa ad petitiones Episcopi Chelmen., insimul cum petitionibus.
- 1643-Die 28 Augusti: Decreta varia.
- Die 20.9bris: De decimis;
- de Episcopis monendis.
- 1644-Die 30 Jan: de Typo Slavonico.
- 1680- in Iunio vel Iulio: Decretum Sacrae Congregationis Propagandae de Metropolitana.
- 1701- in Iunio vel in Majo: Factum est Decretum de Antimissis in Congregatione Rituum.
- 1710-Die 5 Aprilis: Decretum S. Congregationis Prop. de P. Filipowicz ad latus Leopoliensis Episcopi designando.
- 1630-Die 12 7bris: Decretum S. Congregationis Romanae et universalis Inquisitionis de Jubilaco, registratum fol. 197.
- 1643-Die 28. 7bris: Decretum de audiendis Confessionibus.

1115.

1766.

Instantia cuiusdam sacerdotis iniuste iudicati et incarcerati ut dispensetur ab omnibus irregularitatibus et ut facultas ipsi concedatur celebrandi in Urbe.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 63.

E.mi, e Rev.mi Signori.

Gregorio Cerkiewicz, sotto Paroco, o Coadjutore della Chiesa Parochiale Rokiecinense della Diocesi Braslavien, in Polonia, Prete del Rito Greco Unito, Umilissimo Oratore dell'EE.VV., ossequiosamente espone come per occasione di alcune pretese contese a sola accusa di un tal Generoso Sokulski fu l'Oratore preso, ed incarcerato, e ritenuto per alcune settimane ne ceppi,

e battuto giornalmente, ed essendoli riuscito potersi dare alla fuga, ricorse con lettera di cotesta Sacra Congregazione alla Sac. Nunziatura per li rimedij, dalla quale riportò l'annessa citazione con inhibitione, e l'assolutoria ad cautelam dalle censure per 40 giorni.

Essendo perciò con tal inibitione ritornato alla Chiesa, mentre la mandò ad intimare, fu nuovamente incarcerato, e trattato più crudelmente di prima. Ma datosi l'adito nuovamente per la fuga, attesa l'ingiustizia della detenzione, è ricorso, e venuto di persona alla S. Sede. Che però supplica umilissimamente l'EE.VV. volersi degnare di sollevarlo dalle pretese censure sin all'esito della Causa, e di concederli la licenza di celebrare la Messa, avendo seco per ciò tutti li necessarj requisiti. Che della gratia, etc. etc.

1ma Septembris 1766.

1116.

1766.

De abusu iurisdictionis in nominandis Superioribus.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 204-207.

Emin.mi, et Rev.mi Domini.

Nicodemus Karpinski, Provincialis Provinciae Lithuanae Ordinis S. Basilij Congregationis Ruthenorum, nonnullos ante menses exposuit EE.VV. se recepisse a P. Proto-Archimandrita exemplum cuiusdam epistolae ipsi P. Proto-Archimandrita ab Emin.mo, et Rev.mo Cardinali Praefecto datae, die 16-Martij anni iam elapsi, qua monebatur de adimplenda Constitutione ultimi Capituli Generalis Brestensis de collocandis Consultoribus, et Secretariis Provincialibus in vicinioribus inter se Monasteriis, quoad fieri potest.

Ad haec addidit Orator, vereri se, ne P. Proto-Archimandrita abutendo laudata epistola, quae extra casum extorta videbatur, Consultores, et Secretarium Provinciae Lithuanae licet iuxta legem Capituli in vicinioribus, quoad fieri potest inter se constitutis, Monasteriis, quibus etiam praesunt, remove tentaret eo fine ut (f. 204v) eisdem Monasteriis novos praeficeret Superiores sibi benevisos contra Jus, quod Oratori tum ex Ordinis Constitutionibus, tum ex praxi iamdiu servata competit proponendi pro Monasteriis vocalibus candidatos. Quare humillime instetit ut mandato Sacrae Congregationis res remanerent in statu, quo tunc remporis erant, usque ad proximum Capitulum Generale, in quo Constitutiones generales pro totius Monasticae Congregationis regimine sunt efformandae.

Quod verebatur Orator, iniusto P. Proto-Archimandritae conatu, evenit. Cum enim P. Provincialis Monachos nonnullos illi proposuerit pro vacantibus superioratibus Monasteriorum vocalium, non solum eos non approbavit, quin imo Oratori praecepit ut P. Eliaszewicz Consultorem praeficiat Monasterio Jatvicensi, quod est pauperrimum, P. vero Nowicki, Secretarium, in Toronensi collocet Monasterio, et eis obedientiales ad hanc rem Literas tradat.

(f. 205) Hic vero dignentur EE.VV. animadvertere, pendere adhuc in hoc

Sacro Tribunali decisionem nonnullorum Dubiorum, quae nomine ejusdem P. Proto-Archimandritae proposita iam pridem sunt, et inter quae sub num. I. legitur quod sequitur: — An solus Proto-Archimandrita debeat proponere suo Consultorio Generali Candidatos in Superiores ad insigniora Monasteria (cuiusmodi ea sunt, quae vocalia nuncupantur), vel potius Provinciales, aut Consultores Ordinis debeant proponere tales Candidatos? — Dubia haec transmissa cum fuerint Varsaviam ad Rev.mum Nuntium Apostolicum pro informatione, auditis interesse habentibus, aequissimus Praesul ea communicavit Oratori, qui scripto Jura sua deduxit. Quare, decisione pendente, nihil in hac re innovandum erat a P. Proto-Archimandrita.

Re itaque per Oratorem delata ad eundem Nuntium Apostolicum (205v), dedit ille literas ad P. Proto-Archimandritam, quibus factum reprobavit, prout videre est in adiuncta Copia Epistolae, *Summ. num. Unico*.

Plures, hic, gravissimaeque rationes adduci possent, quibus evincitur remotionem PP. Eliaszewicz, et Nowicki irregularem esse, iniustam, et maxime noxiam Monasteriis, quibus praesunt. Satis tamen est eam fuisse factam per modum attentati, scilicet arrogante sibi P. Proto-Archimandrita arbitrariam Superiorum mutationem, et deputationem, quo tempore super hac eadem praetentione controversia pendet indecisa.

Quare non temere dubitans Orator ne ille procedat quoque ad extraditionem Litterarum obedientialium, ac fortasse etiam ad ulteriora attentata, humillime supplicat ut ei ab EE.VV. expresse praecipiat, ut sinat res esse in statu quo erant usque ad (f. 2006) propositorum per ipsum Dubiorum resolutionem. Quam gratiam, etc.

SUMMARIUM:

Num. Unico

Copia epistolae Excell.mi D. Nuntii Apostolici ¹²⁶ ad P. Proto-Archimandritam datae Varsaviae die 9. Martij 1766.

Rev.me Pater.

Non sine ingenti admiratione intellexi Paternitatem Vestram Rev.mam ita nunc se gerere ac si controversia pendens circa interpretationem decreti Sacrae Congregationis P.F. super modo eligendi Superiores pro Monasteriis vocalibus iam omnibus numeris eius favore expedita etc. resoluta fuisset. Pater quidem Karpinski, Lithuaniae Provincialis, documenta ad eandem instruendam, pro sua parte pertinentia, iam pridem ad me misit; at Pater Siedlecki, Poloniae Provincialis id nondum, nescio qua de causa, exequutus (f. 206v) est; adeo ut ad decisionem rei sua tarditate suspendat. Quomodo-cumque sit, ea pendente nihil est innovandum; nullus illegitimae auctoritatis actus exercendus, cuius sane generis eum censeo esse, quem Paternitatem Vestram Rev.mam exercuisse audio contra P. Provinciale Lithuaniae, occa-

¹²⁶ Antonius Eugentus Visconti, Nuntius Varsaviensis ann. 1760-1766.

sione superioratus Torokanensis; cum enim P. Provincialis consultis, ut par erat, suit Consultorii Patribus, Patrem Eliazzewicz, Superiorem Chelmen. ad vicinius Torokanense Monasterium transferendum proposuisset, P. V. Rev.ma, eo rejecto, et ad Monasterium Jatviscense translato, Patrem Nowicki, Secretarium Provinciae, Superiorem Vilnen., ad idem Monasterium Torokanense pro officio Superioris ultro, et propria independente autoritate designavit. Neque profecto ad hunc actum sustinendum vel legitimum allegari possunt, aut debent litterae a Sacra Congregatione de P.F., 16 Martij proxime elapsi anni ad Paternitatem Vestram Rev.mam datae. Nam tametsi eadem Sacra Congregatio committat Paternitati Vestrae Rev.mae ut viciniora Monasteria per Consultorum residentias designet, id tamen intelligendum est intra Vestrarum Constitutionum tramites adeo, ut integrum Jus remaneat Provincialibus in Superioribus eligendis, quod seu ex eisdem Constitutionibus, sive a Sanctae Sedis Decretis promanat. Quibus ita se habentibus, supradictum Paternitatis Vestrae (f. 207) Rev.mae actum contra ea, quae hactenus servata sunt, plane improbo. Eique conceptis verbis praecipio ut tam in istis, quam in alijs proponendis Superioribus, antiquae praxi accurate adhaereat, quousque Sac. Congregatio controversiam totam diremerit. Moderatione, et aequitate Paternitatis Vestrae Rev.mae fretus, summa cum observantia maneo.

Paternitatis Vestrae Rev.mae ad inserviendum paratissimus.

A. E. Vicecomes, Nuntius Apostolicus.

Varsaviae 9. Martij 1766.

1117.

1766.

Dubia quaedam de regimine Basilianorum et de nominatione Superiorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 211-214.

Emin.mi et Rev.mi Domini

Abbas Generalis Ordinis S. Basilii M. Congreg. Ruthenorum¹²⁷ cum profundissimo obsequio exponit EE.VV. quomodo in Capitulo Bresten. celebrato anno 1751, nata difficultate, quomodo et a quo debeat fieri mutatio Superiorum, in Congregatione Particulari habita coram sanctae mem. PP. Benedicto XIV, 26 novembris 1752, fuit propositum sequens Dubium:

Dub. XI, ex eadem Sess., scilicet 2a, n°. 7: An liceat Provincialibus, inconsulto Protoarchimandrita, constituere Superiores locales Monasteriorum suae Provinciae, illos mutare vel etiam privare et quatenus negative? An teneantur pro omnibus superioribus constituendis recurrere ad Protoarchimandritam et quatenus affirmative: an debeant proponere determina-

¹²⁷ Hypatius Bilynskyj (1759-1771), secunda vice.

tam Personam, quem Protoarchimandrita, non adinvento canonico impedimento, approbare teneatur?

Ad hoc Dubium fuit Responsum: « Licere Provincialibus cum suo Consultorio, juxta capitulum Dubnen. anni 1742, Sess. 13, Constitutione 7a, Superiores seu Praesidentes minores mutare; secus vero quoad Superiores Monasteriorum insigniorum, pro quibus mutandis vel privandis Provinciales tenentur omnino (f. 211v) recurrere ad Protoarchimandritam, ut de propositis ab ipso monachis illud una cum suo Consultorio Generali statuatur quod justitiae, regulari observantiae, atque monasteriorum utilitati magis consonum videbitur. Insigniora vero monasteria ea omnia reputari debent, quae jus habent mittendi vocales cum Suffragio ad Capitula Generalia et Provincialia ».

Demum altera exorta fuit quaestio circa Litteras obedientiales extrandendas electis Superioribus a Protoarchimandrita et suo Consultorio Generali, unde in Congregatione Generali istius Sacrae Congreg., 21 aprilis anno 1755, fuit propositum sequens Dubium:

« An Litterae obedientiales Superioribus insigniorum monasteriorum a Protoarchimandrita vel potius a Provincialibus extradi debeant? ».

Hoc Dubium in hunc modum, qui sequitur, fuit resolutum: « Ad primum, Superioribus insigniorum monasteriorum Litteras obedientiales extradendas esse a Provincialibus, eis tamen per integrum mensem extradere aut negligentibus, aut recusantibus extradendas tunc esse a Protoarchimandrita ».

Hae sapientissimae Resolutiones et Sancita istius Sacrae Congregationis (f. 212) obtenta ad proposita Dubia, lecta ac publicata fuerunt in ultimo Capitulo Generali Brestensi, anno 1759, atque Actis ejusdem Capituli ingrossata sunt, numero 1mo et 2do. Quare non potest dubitari, quod adamussim observari debeant.

Nihilominus in re tam clara et explorata favore iuris Protoarchimandritae, sunt qui in fundamento restrictae ejus potestatis in extradendis Litteris obedientialibus, erectis Superioribus ad insigniora monasteria, interpretare velint verba: *de propositis ab ipso*, posita in Resolutione citata ad Dubium XI atque dubitare scilicet:

1°. An solus Protoarchimandrita debeat proponere suo Consultorio Generali candidatos in Superiores ad insigniora monasteria, vel potius Provinciales, aut Consultores Ordinis debeant proponere tales Candidatos, ut de propositis Protoarchimandrita cum suo Consultorio Generali eligat quem magis idoneum judicaverit in Domino?

Animadvertendum insuper quod ultra sancita a sanctae mem. PP. Benedicto XIV et istius Sacrae Congregationis in casu praesenti favore juris Protoarchimandritae, accedat, quod non parum relevat, scilicet: quod Provinciales omni anno comportent actus visitationis respectivarum Provinciarum ad Protoarchimandritam, in quibus nomina et cognomina, (f. 212v) officium, aetas et mores singulorum monachorum descripta reperiuntur, quare non videtur remanere locus ut Provinciales proponant Protoarchimandritae candidatos ad dictos Prioratus vacantes, aut quomodolibet praeten-

dant ut Protoarchimandrita de Proponendis informationem accipiat a Provincialibus et eorum Consultorio. Insuper Consultores Generales, qui ad latus Protoarchimandritae resident, communiter perfectam notitiam habent insigniorum monachorum suarum respectivarum Provinciarum, ex quibus delecti sunt in Consultores Generales, quia iidem, postquam varia officia obiverint in Provinciis, eliguntur et assumuntur in Officiales Ordinis, unde videtur oportere deduci resolutionem quod solus Protoarchimandrita debeat proponere candidatos suo Consultorio Generali in casu exposito ad insigniora monasteria.

Cum autem in supra dictis resolutionibus non sit provisum de numero proponendorum ad insigniora monasteria, hinc Orator supplicat etiam pro resolutione Dubiorum, quae in eandem rem formantur:

Ad debeant proponi, a quo de jure, plures Candidati ad dicta Monasteria et quot, vel etiam sufficiat proponere unum, quem, non adinvento canonico impedimento, Protoarchimandrita et suum Consultorium Generale debeat (f. 213) eligere? quod nimis coarctaret facultatem Consultorii et jus eligendi dictos Superiores, quod habent sibi concessum ab hac Sacra Congregatione in supradicta Resolutione ad Dubium XI; eo enim modo in electione, quae debet esse libera, non haberent libertatem, non possent enim in aulum sua vota conferre et stricte loquendo obligarentur suscipere propositum, non autem eligere; ad hae citata Regula ad Dubium XI expresse habet, ut de propositis monachis illud statuatur una cum suo Consultorio generali quod justitiae, etc.

3°. Supposito quod plures proponi debeant candidati ad dictos Prioratus:

An de propositis debeat fieri electio per vota secreta vel in voce? Quae quodammodo odiosa videtur et EE.VV. die XI Iulij anno 1763 inter Decreta super actis Capituli Generalis Bresten, ad n°. VIII, statuerunt: ut quaecunque in Capitulis Generalibus quaestiones enascantur, semper per suffragia secreta definiantur, etc., quod etiam in Capitulis Officii Generalis seu Protoarchimandritae atque Provincialium Consultationibus utilissimum foret statuere, ut nimirum quilibet pro veritate et libertate id loquatur, quod credit et sentit, utilius ac melius esset quod per suffragia secreta facile unus quisque obtinere posset.

(f. 213v) 4°. An casu quo duo insigniora monasteria vacaverint vel suorum Superiorum mutatione opus fuerit, debeant proponi ad unumquodque dictorum monasteriorum plures Candidati diversi, vel potius ad unum dumtaxat monasterium plures proponantur Candidati, postquam vero ex propositis fuerit facta electio unius in Superiorem ad unum dictorum monasterium, in secunda facienda electione Superioris ad aliud monasterium debeat fieri substitutio unius solum Candidati, et reliqui ex propositis in prima condidatione iterum reproponantur, ad observandum numerum proponendorum?

Haec sunt quae humillimus Orator submitti EE.VV. et pro Resolutione supplicat. Alterum autem est, in quo dispensatione opus habens cum profundissimo obsequio adjungit eadem occasione suas preces.

In Constitutionibus Generalibus, editis in Capitulis Dubnensi et Brestensi Ordinis S. Basilij M. Congreg. Ruthenorum,¹²⁸ quae Sacrae hujus Congregationis Decretis confirmata fuere, statutum legitur ut Consultores Generales dictae Congregationis residere debeant ad latus Protoarchimandritae, statutum praeterea ut Protoarchimandrita, quo tempore e Provincia (f. 214) Lithuaniae assumitur, Torokanijs residere debeat; quando vero ex altera, nempe ex Poloniae Provincia eligitur, in Poczajoviensi resideat Monasterio, quod in praesenti turno contingit. Sed quum Poczajoviense monasterium, ubi nunc temporis residet humillimus EE.VV. Orator, non modica indigeat reparatione, ad quam incumbere idem Orator nunc caepit, nec propterea capax sit sustinendi eos monachos, quos hucusque sustentare consueverat, hinc humillime supplicat ut praedicti Consultores a residentia in eodem monasterio Poczajoviensi dispensentur, quousque fiat monasterij ejusdem reparatio, manendo nihilominus in vicinioribus monasteriis, quoad fieri potest, ut facile ad consilium vocati venire queant.

Atque ejusdem, praeter urgentissimum reparationis dicti monasterij motivum, praesens est Torokanien monasterii exemplum, quod cum decem fere ante annos reparatione indigeret, ab hoc eodem Sacro Tribunali dispensatum est cum Consultoribus Generalibus, quominus in eodem residerent.

Quare Orator voti compos fieri sperat precaturque ab EE.VV. clementia. Quod ex gratia, etc, etc. ...

* * *

Decretum Sacrae Congregationis Generalis de Propaganda Fide,
habitae die prima Septembris 1766.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 107. f. 136-138.

Propositis ab Eminentissimo et Reverendissimo Domino Cardinali Langanello, Ponente, infrascriptis dubiis, et postulatis P. Proto-Archimandritae Ordinis S. Basilii Magni Congregationis Ruthenorum, videlicet:

I. An solus Proto-Archimandrita debeat proponere suo Consultorio Generali candidatos in Superiores ad insigniora monasteria vel potius Provinciales aut Consultores Ordinis debeant proponere tales candidatos, ut de propositis Proto-Archimandrita cum suo Consultorio Generali eligat quem magis idoneum in Domino judicaverit?

II. An debeant proponi a quo de jure plures candidati ad dicta Monasteria, et quot vel etiam sufficiat proponere unum, quem, non advento canonico impedimento, Proto Archimandrita et suum Consultorium Generale debeat eligere?

III. Supposito quod plures proponi debeant condidati ad (f. 136v) Prioratus, an de propositis debeat fieri electio voto secreto vel in voce?

¹²⁸ Capitulum Dubnense celebratum fuit anno 1743, et Berestense anno 1751 de hac materia tractavit.

IV. An casu quo duo insigniora Monasteria vacaverint, vel duorum Superiorum mutatione opus fuerit, debeant proponi ad unumquodque dictorum monasteriorum plures candidati diversi, vel potius ad unum dumtaxat monasteriorum plures proponantur candidati; postquam vero ex propositis fuerit facta electio unius in Superiorem ad unum dictorum monasteriorum, in secunda electione Superioris facienda ad aliud Monasterium debeat fieri substitutum unius solum candidati, et reliqui ex propositis in prima candidatura iterum reproponantur ad observandum numerum proponendorum?

V. In Constitutionibus Generalibus editis in Capitulis Dubnensi, et Brestensi, quae Sacrae hujus Congregationis Decretis confirmatae fuere, statutum legitur ut (f. 137) Consultores Generales residere debeant ad latus Proto-Archimandritae. Statutum praeterea, ut Proto-Archimandrita quo tempore a Provincia Lituaniae assumitur Torokaniis, quando vero ex altera in Poczajoviensi resideat monasterio, ut in praesenti turno contingit, sed quum Poczajoviense Monasterium, ubi nunc temporis residet Proto-Archimandrita, non modica indigeat reparatione, nec propterea capax sit sustinendi eos monachos, quos huc usque sustentare consueverat, hinc humillime supplicat, ut praedicti Consultores a residentia in eodem monasterio dispensentur quousque hujusmodi reparatio perficiatur, manendo nihilominus, quoad fieri potest, in vicinioribus monasteriis, ut facile ad Consilium vocati convenire possint.

VI. Praeterea idem Proto-Archimandrita universae Congregationis nomine supplicat ut libertas augendi numerum Definitorum Generalium alias ab E.E. VV. (f. 137v) denegata, suo Capitulo Generali benignissime restituatur, saltem pro casu divisionis faciendae inter Provincias, de qua, utpote ad religiosae perfectionis incrementum et meliorem ordinem constabiliendum maxime accomodata, Congregationis suae alumni cogitare pergunt.

VII. Demum, ut Religiosi ad labores libentius capessendos excitentur, et ad coërcendam in inferioribus ambitionem, et in Superioribus personarum acceptionem, idem P. Proto-Archimandrita totius Ordinis nomine supplicat pro confirmatione legis jam editae in tribus Capitulis Generalibus, sed non per omnia ab hac Sacra Congregatione probatae, ut scilicet monachi ad Superioratus, atque officia Ordinis ac Provinciarum promoveri minime possint, nisi per sex saltem annos post exacta studia sive docendo sive praedicando sive missiones exercendo, vel (f. 138) alio quovis alio modo fructuose laboraverint.

Em.mi Patres: Ad primum dubium rescripserunt, quod in casu mutationis, vel privationis Superiorum monasteriorum insignium, juxta declarationem Congregationis Particularis die 19 Novembris 1752 habitae, Provinciales recurrere teneantur ad Proto-Archimandritam cum suo Consultorio Generali, ut illud cum eodem Consultorio statuatur, quod justitiae, regulari observantiae, atque monasteriorum utilitati magis consonum videbitur.

Ad II, III et IV: Provisum in primo.

Ad V et VI decreverunt, quod proponi debeant excutienda in proximo Capitulo Generali ea lege, ut quod resolutum fuerit, ad Sacram Congregationem postea transmittatur, ut ab eadem quod factu opus fuerit definiatur.

Quoad VII: Reproponatur in eodem Capitulo Generali, modo ut supra, sub aliquo temperamento.

Datum Romae, die et anno quibus supra.

Joseph M. Card. Castelli, Praefectus
M. Marefusus, Secretarius

1118.

1766.

De collocandis Officialibus generalibus Basilianorum in monasteriis vicinis ad sedem Curiae Generalis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 216-217v.

Emin.mi, et Rev.mi Domini.

Nicodemus Karpinski, Provincialis Provinciae Lithuaniae Ordinis S. Basilij Magni Congregationis Ruthenorum, humillimus EE.VV. Orator, quo par est obsequio exponit, se quum primum accepit a Rev.mo Ordinis Proto-Archimandrita literas, quibus adjuncta erat epistola quaedam ad eundem P. Proto-Archimandritam data ab Emin.mo, et Rev.mo DD. Cardinali Castelli, S. huiusce Congregationis Praefecto, die 16 Martii labentis anni, qua monebatur de adimplenda Constitutione ultimi Capituli Generalis Brestensis quoad residentiam Consultorum Provincialium in vicinioribus inter se, quoad fieri potest, monasteriis, vehementer gavisum esse, quod Constitutio hujusmodi omnimodae fuerit ab initio regiminis sui exequutioni demandata, et praecipua simul mens Emin.mi Cardinalis Praefecti, ita ut nihil adhuc sua in Provincia praestandum hac in re videatur.

Quandoquidem constitutio Capituli Brestensis, n.º 23, ea est, quae sequitur: « Determinatum est, ut (f. 216v) Consultores respectivarum Provinciarum, et Secretarii in vicinioribus, quoad fieri potest, Monasteriis resideant, ad vitandas in conferendo se ad dirimenda negotia impensas ». Consultores autem Provinciae Lithuaniae ita sunt collocati, ut intra triduum convenire una possint, nec oneri sunt monasteriis, quibus presunt, qui praecipuum Capitularis legis finis esse dignoscitur, quia cum iter pro consultationibus habendis suscipiendum iis est, impensam vel omnino nullam, vel satis exiguam faciunt, itinerantes in equis suorum respective monasteriorum a quibus quoque necessaria omnia ad victum sibi parandum habent.

Praeterea, cum Consultores sine Provinciali nihil quidquam statuere possint, Provincialis vero certam nullam habeat residentiam, quia juxta legem laudati Brestensis Capituli toto Provincialatus sui quadriennio monasteria quaeque circum ire teneatur ea visitandi gratia, hinc fit quod consultationes nonnisi semel fieri possint intra unius anni spatium, quo scilicet tempore Provincialis se transfert (f. 217) ad monasteria, quae in vicinia sunt residentiae dictorum Consultorum.

Sunt profecto nonnulla alia monasteria magis inter se vicina, sed in

iis collocari minime possunt Consultores Provinciales. Etenim cum tenuiora haec sint Monasteria, Consultores vero sint viri graves, de tota Provincia optime meriti, et aliqua ratio de illorum laboribus, aetate, ac meritis habenda sit, si in talibus, quae viciniora inter se monasteria sunt, collorarentur, honestam sustentationem habere non possent demandatoque sibi muneri, quod grave nimis hac etiam ex parte fieret, nuncium remitterent.

His tamen non obstantibus, P. Proto-Archimandrita literis ad Oratorem datis mense Septembri, minori videtur velle praedictos Consultores ad sese avocare, et in sibi bene visis monasteriis pro sui libitu collocare; quod profecto eo collimare videtur, ut novos Superiores, sibi qui benevolos deputet in monasteriis, quibus nunc dicti Consultores praesunt proximumque (f. 217v) Generale Capitulum cum assistentia Vocalium sibi adhaerentium pro sua voluntate moderetur.

Quare humillime supplicat Orator, ut ex mandato EE.VV. res remaneant in statu, quo nunc temporis sunt, usque ad futurum Capitulum Generale, praesertim cum in tali Capitulo Constitutiones generales pro totius Congregationis monasticae regimine sint efformandae; eaque occasione componi omnia juxta saniolem, majorisque partis sententiam possint.

Quam gratiam, etc. etc. ...

1119.

1766.

Instantia Provincialis Lithuaniae in defensionem iurium in nominandis Superioribus monasteriorum.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 247-251.

Emi, e Rev.mi Signori.

Siccome tra Dubbj, che proposti già per parte dell'odierno Padre Generale de Monaci Basiliani della Congregazione Rutena,¹²⁹ ora si sottopongono al prudentissimo giudizio dell'EE.VV., alcuni se ne annoverano, li quali ad altro in realtà non tendono, se non sè à spogliare i Provinciali delle due Provincie di Polonia, e Littunia, dalle quali è composta la suddetta Monastica Congregazione, di quella Giurisdizione che loro compete, in vigore delle Costituzioni dell'Ordine, e di una inconcussa osservanza; quindi è che l'odierno Provinciale della Provincia di Littuania supplica umilissimamente l'EE.VV. degnarsi di conservarglela illesa; e lo spera per le seguenti ragioni.

E primieramente, alla semplice lettura di tali Dubbj, che non comprende, che tentando il Padre Generale di arrogarsi la scelta de Superiori Vocali, senza veruna interposizione de Provinciali, altro fine non si prefigge se non quello di divenire Superiore despotico di tutto il Corpo Monastico, rendersi arbitro del prossimo Capitolo, e forse tentare di farsi nuovamente

¹²⁹ Hypatius Bilynskij (1759-1771).

eleggere in Generale? Egli essendo stato Generale dal 1748 sino all' (f. 247v) anno 1751, operò di poi, e conseguì di esser eletto Provinciale della sua Provincia di Polonia, nel quale Ufficio, che durò per altri quattr'anni, non omise di deputare à suo talento li Superiori de Monasteri Vocali, e con ciò nel seguente Capitolo Generale tenuto in Breste dello stesso anno 1759, ottenne di essere nuovamente eletto Generale, di maniera che la Polonia tutta, e la Lituania lo veggono con qualche meraviglia tenere nelle mani già dà dieciotto anni il Governo della Congregazione Monastica.

Secondariamente è del tutto falso ciò che egli asserisce nel preambolo de Dubbj, desumendo con destrezza da questa stessa falsa assertiva il fondamento de Dubj medesimi. Asserisce dunque che nel Capitolo Generale celebrato in Brest nell'anno 1751 nascesse difficoltà: *quomodo, et a quo debeat fieri mutatio Superiorum*; lo che è totalmente insussistente; che anzi in questo Capitolo nella Sessione 2, Costit. 7, fu espressamente stabilito che: « *solì Provinciales, cum voto Consultorum suorum Provincialium* » deputino i Superiori de Monasteri delle rispettive loro Provincie, eccettuati solo sei Monasteri per ciascheduna Provincia, i quali nel (248) la Costituzione medesima si leggono tassativamente espressi, e denominati *Insigniori*, aggiungendosi però che per questi medesimi sei Monasterj, *quoties necessitas mutandi Superiores exegerit, Candidatum in Provincialibus Consultoriis electum, pro approbatione Rev.mo Generali proponent* », come si legge nella Costituzione medesima, copia della quale si trascrive in calce del presente, esistendone l'originale nell'Archivio di codesta Sag. Congregazione.

Egli è ben vero, che in una Congregazione Particolare tenuta li 26 Novembre 1752, fu proposto, non si sà dà chì, il Dubbio, che si riferisce dal P. Generale; ma è certo altresì, che ciò non ostante i Provinciali sino al giorno d'oggi anno continuato nel possesso di proporre i soggetti per tutti li Monasteri vocali, anzi anno proposto al P. Generale un solo candidato, come si proverà in appresso, e conformandosi con ciò alla risposta data da codesta Sag. Congregazione, anno molto ceduto di quel diritto, che loro accordato avea la Costituzione del precedente Capitolo di Brest; imperochè quantunque questa loro conceda il diritto di conferire i Superiorati vocali della loro Provincia, soli (f. 248v) dodici eccettuati, con indipendenza dal Padre Generale, come si pratica in tutti gl'altri Corpi Regolati, che divisi sono in Provincie, ad ogni modo si sono contentati i Provinciali di proporre indistintamente per tutti i Monasteri vocali al Padre Generale i Candidati, e farne da esso dipendere la conferma.

Non sà dunque comprendersi che altro richiegga il P. Generale col primo Dubbio, quale ora propone, se non privare affatto i Provinciali di qualunque ingerenza nella deputazione di tutti i Superiori vocali, ed à sè arrogarla, contro il possesso in cui quelli sono di farne la proposizione. Ciò scorgendo egli medesimo assai difficile di ottenere, passa col secondo Dubbio à domandare se i Candidati da proporsi dà esso al suo Consultorio, *a quo de Jure* (espressione assai equivoca, e gravida di nuovi litigj) debbano essere più, e quanti. Ma prima di rischiarire questo secondo Dubbio, l'EE. VV. non pos-

sono dubitare di rescrivere al primo: *Candidatos in Superiores ad insigniora Monasteria proponendos esse a Provincialibus, adhibitibus in Consilium Consultoribus Provincialibus iuxta praxim hucusque observatam* », come istantemente ne sono supplicate.

Passando ora al secondo Dubbio, cioè « *An plures Candidati, et quot proponi debeant?* Sè fosse qui presente il Padre Generale, avremmo tutto il piacere d'interrogarlo quanti soggetti fu egli solito di proporre per un Monastero vacante allorchè governò la sua Provincia di Polonia in qualità di Provinciale? E certamente non potrebbe negare di averne ogni volta proposto un solo. Ma perciò che riguarda il P. Provinciale oratore, da documenti autentici esistenti presso l'E.mo Ponente risulta senza il menomo dubbio, che dal 1753 sino al 1767, che vale à dire doppo l'accennata Costituzione Capitulare di Brest', i suoi Antecessori, tra quali merita special menzione il Rev.mo Monsig. Eraclio Lisanski, odierno Arcivescovo di Smolensk, il quale con somma lode, e vantaggio ben grande di tutta la Congregazione Rutena governolla per ben vent'anni, ora in qualità di Generale, ed ultimamente di Provinciale, hanno proposto un solo Candidato.

Nè ciò coarta la decantata libertà del P. Generale, e suo Consultorio, poiche questa resta loro intera di rigettare il Proposto, quando in essa si scorga un'impedimento Canonico, come parlano la Costituzione già citata di Brest, e la risposta di poi data al Dubio undecimo.

Non deve in oltre parere strano, che un solo, e non (f. 249v) più candidati dà Provinciali propongansi; Poichè convien riflettere alle circostanze de Luoghi, e delle Persone. In quanto à quelle de luoghi, ogni mente prudente si persuaderà ben presto, che un Monaco, il quale atto sia per il Governo di un monastero, non lo sarà per un'altro. I Monasterj, à cagione di esempio, che situati sono ne luoghi distanti dalle Città, e che per lo più ritraggono il sostentamento de Monaci dalle opere de Coloni, esiggonno un Superiore, che abbia la necessaria cognizione della cultura de terreni, acciò il Monastero pregiudicato non resti dall'infingardagine, e forse ancora dalle frodi de Coloni. Quelli, ove è il Noviziato, richieggono un Superiore discreto, prudente, e segnalato nell'osservanza delle regole monastiche. Ove è lo studio della Filosofia, o della Teologia, conviene di prescegliere un soggetto, che capace sia di giudicare se i Lettori tengono quel metodo che più fondatamente può erudire gli scolari; e per i Monasterj per fine, i quali situati sono nelle grandi Città, ove sono i Tribunali pubblici del Regno, è indispensabile di costituire un Superiore, che all'altre doti accompagni la nobiltà della sua nascita, specialmente se il monastero costretto sia di sostenere i suoi diritti ne (f. 250) suddetti Tribunali; mentre che, secondo l'indole di quella Nazione, un Monaco, che dotato non fosse di questa rispettabile qualità, non esiggerebbe il minimo riguardo: E queste particolari circostanze note esser non possono al P. Generale, il quale risiede tranquillo nel Monastero destinatoli, nè giammai fà la Visita de Monasterij.

Egli è ben vero, che i Provinciali, à quali secondo le Costituzioni dell'Ordine spetta privatamente di visitare i Monasterj, da quali componesi la

Provincia, trasmettono regolatamente gl'atti delle visite loro al P. Generale; ma oltre l'essere ben diverso il sapere le cose per altrui relazione, e l'averle esaminate cò propri occhi, egli è molto facile di persuadersi, che negl'atti accennati si riferiscano in genere le qualità esterne di ciaschedun Monaco, non già in specie l'interne, e quelle specialmente, che estranee sono à tali visite.

In quanto poi alle circostanze, che accompagnano le Persone, dobbiamo pur troppo confessare che il proporre più soggetti per un Superiorato vacante, può esser fonte fecondo di animosità, di litigj, e molto più di ambizione ne monaci proposti, credendosi con ciò iniziati, e di avere acquistato qualche Gius al primo Superiorato vacante in un Regno, specialmente ove con molta facilità acquistano le (f. 250v) protezzioni de Magnati, molti de quali sono attuali Benefattori de Monasterj, ovvero provengono dalla Famiglia di quelli che ne furono i Fondatori; e forse il P. Generale sperando ottenere dall'EE.VV. una risposta favorevole ai Dubbj che propone, và ideando di creare tanti Superiori futuri, quanti egli sarebbe per ascrivere al numero Catalogo de Candidati, per acquistarsi altrettanti Benaffetti sotto il futuro Governo. Sembrando non superfluo di riflettere essersi egli ridotto quasi agl'ultimi periodi del suo Generalato à tentare le fin qui allegate novità, le quali se perniciose sono in ogni tempo, l'esperienza giornaliera ci fà conoscere recar elleno orribili confusioni, e sconcerti ne Capitoli Generali.

Sono dunque umilissimamente supplicate l'EE.VV. di decretare, che nulla si innuovi nelle sù riferite materie; ma si continui nell'osservanza sino ad ora praticata senza recare verun pregiudizio à diritti de Provinciali nella scelta de Superiori vocali; tanto più che dovendosi nel prossimo Capitolo Generale fare la compilazione delle Costituzioni dell'Ordine, decretata nel precedente Capitolo, quei Vocali prima di procedere all'elezzione de nuovi Superiori Generali, e Provinciali, se scorgerano qualche difetto nella materia fin (f. 251) quì divisata, non mancaranno di provedervi, con soggettare di poi al sublime giudizio dell'EE.VV. quello che creduto averanno di stabilire. Che etc. etc.

Constitutio VII, Sess. 2^a, tertij Capituli Generalis Brestensis II, super electione Superiorum suae Congregationis.

Ipsi Provinciales in suis Provincijs facient, iuxta exigentiam, mutationem aliarum Personarum Religiosarum. Ad Superioratus tamen insigniorum Monasteriorum, scilicet ex Provincia Lituana Wilnensem, Bythenensem, Zyrowicensem, Polocensem, et Wytebscensem; ex Provincia autem Polona, Dombromiliensem, Lauroviensem, Leopoliensem, Bialostocensem, et S. Salvatoris ad Montes, quoties necessitas mutandi Superiores praedictorum Monasteriorum exegerit, Candidatum in Provincialibus Consultoriis electum, pro approbatione Rev.mo Generali proponent, quem Rev.mus Generalis, non adinvento Canonico impedimento, approbare tenebitur. Omnes vero alios Superiores, soli Provinciales, cum voto Consultorum suorum Provincialium determinabunt.

1 Sept. 1766.

* * *

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 816, f. 246rv.

In congregatione generali de Propaganda Fide, habita Calendis Septembris 1766, a Monachis Ruthenis S. Basilii Magni septem proposita fuere Dubia, quorum discussionem hic Proto-Archimandrita, inde Provinciales prae-laudati Ordinis invicem digladietas praestolantur.

Primum Dubium:

Utrum solius Proto-Archimandritae sit proponere suo generali Consultorio Candidatos ad regimen insigniorum Monasteriorum promovendos; an potius ad Provinciales, eorumque Consultores pertineat proponere ipsi Proto-Archimandritae, ut Proto-Archimandrita cum suis generalibus Consultoribus eum, inter propositos a Provincialibus, deligat, quem magis idoneum in Domino judicaverit?

Responsio:

Ad solum Proto-Archimandritam cum suo Consultorio pertinere declaravit Sacra Congregatio; idque juxta Decretum fel. rec. Benedicti XIV P.M. editum in Congregatione particulari coram etc. habita die 19 Novembris 1752 pro resolutione undecimi Dubii; spectatis enim et litera, et spiritu hujusce Decreti, non ad Provinciales, sed ad solum Proto-Archimandritam id spectare dignoscitur.

Quo vero ad reliqua sex Dubia, Sacra Congregatio decrevit scribendum R.P. D. Nuncio Poloniae, ut illa prius discutiantur in (f. 246v) proximo Capitulo generali, ut cum explicationibus, seu responsionibus respectivis transmittantur ad hanc ipsam Sacram Congregationem, cujus authoritatis erit rem definire, juxta Decretum alias editum 1763, ab hac Sacra Congreg.

1120.

1766.

Querelae Comitis Potocki de impedimentis a Metropolitana Russiae oblati in noviter fundatis Paroeciis in Ucraina.

ASV, *Arch. Nunz. di Varsavia*, vol. 89, ff. 282-285.

E.mi, et R.mi D.ni D.ni, et Patroni Colmi.

Comes Franciscus Salesius Potocki, Generalis Kijoviae Palatinus, ac Regni Poloniae Senator, eo, quo decet, obsequio EE.VV. esponit, quod ipse innumerata ferme possidens haereditaria bona, Villasque immensi terrarum tractus prope Schismaticorum confinia in Dioecesi Kioviensi Ritus Graeci Latino uniti, quarum Incolae suo velut oves pastore carentes, gravibus sensim erroribus imbuti, facile dilabantur in haeresim. Hinc zelo catholicae impliandae fidei, ac religionis incensus, ut periclitantium consuleret animarum saluti, centum supra ecclesias Parochiales a fundamentis extruxit, cuique

earum Parocho peculiaria bona addixit, privilegia, et immunitates concessit, velut haec omnia eruuntur ab informatione, et voto R.mi Poloniarum Nuncii, itemque Archiepiscopi Leopoliensis latini, ad hanc S. Congregationem prius transmissis.

His rite peractis, humanissime instetit idem Orator Palatinus apud Ordinarium Kijovien, ut is vellet ecclesias quas ipse construxerat, copioseque dotaverat in Parochiales erigere. Restitit tamen semper praefatus Episcopus petitae erectioni, et adhuc nescitur qua causa, sed eam unice insimulans insufficientiae constitutarum dotium Parochialium, quas ipse verebatur, dempta prius debita Parochis sustentatione, pares inde non esse solvendo sibi annuatim Cathedrali. Ex hac itaque tam futili ab Ordinario pandita renuentiae causa, ejus satis animum novit Orator, ideoque labente tunc anno 1760, supplicem SS.mo libellum porrexit, ut is dignaretur suprema sua Apostolica auctoritate, tam justam, tamque animabus utilem Parochialium erectionem, sibi injuste ab Episcopo denegatam, explere; Preces vero hujusmodi remisit SS.as Sua Cong.ni huic, quae mediante rescripto *diei 24 Augusti 1760* informationem, et votum tam a Nuncio Apostolico, quam ab Episcopo, solito de more, exquisivit.

Mandatis S. hujus Congregationis impense paruit R.mus Nuncius die 22 Junij 1761, instructissimam transmittendo informationem, suamque insimul sinceram animi sententiam pandendo. Non ita tamen se gessit Ordinarius, qui nullas cum posset vel umbratiles adferre causas denegatae erectionis, eas contumaci silentio maluit divinandas relinquere, (f. 282v) quam lineis tradere ab hac S. Congregatione examinandas. At vero, quae retulit Nuntius ne minimum quidem dubitationi locum reliquerunt. Is enim percunctatus recte fuit Metropolitanum latinum Leopoliensem eximium pietate virum, et doctrina praeferentem, a quo responsum accepit; « foundationes diligenter perlegi, dotem, agros, fundos, privilegia, et libertates Parochis Ruthenis per Ill.mum Palatinum Kijoviensem assignatas, et in perpetuum concessas exacte observavi, ac insuper in praemissis omnibus a varii status, et conditionis Personis illarum respective Partium bene gnaris desuper necessarias probationes accepi »; atque ut hic brevitatis gratia ommittantur rationes, factique momentum quae prae laudatus Metropolitanus praemisit, utpote satius invisenda in ejus epistolio, sic ipse suum ingenue absolvit iudicium: « Iudico, et existimo posse, et debere institui, et ordinari Praebiteros ad supra expressas ecclesias, et Ill.mum Palatinum Kijoviensem sufficienter providisse de dotibus ecclesiarum et sustentatione congrua Parochorum, et quidem eo modo, ut etiam in his Partibus circumvicinis, nempe mea Leopoliensi Metropoli, ubi gubernandis duabus antehac Dioecesibus, nempe Camenecensi, et postremo Premisliensi annos viginti consumavi, similes foundationes numquam vocantur in dubium, etc.

Has itaque post litteras ab Archiepiscopo Leopoliensi receptas, aliasque eisdem consonas aliunde comparatas notitias, tandem R.mus Nuncius transmittendo ad Urbem epistolum illud Leopoliensis Antistitis, una cum tribus Foundationum exemplaribus, ita suos sincere pandidit animi sensus S. huic

Congregationi: « Ex quibus omnibus satis superque conijci potest, Ecclesias sufficienter fuisse provisas a fundatore, et aliunde necessarium omnino esse, ut quamtotius Parochi constituentur in Regionibus illis, utpote Schismaticorum ibi degentium erroribus obnoxiiis ».

Satis haec erant ad erectionem parochialium rite decernendam. Verum haec S. Congregatio, quae cuncta solet maturrime expendere, et aequae rationes unius, quam alterius obiecta Partis scrutari, expectandum adhuc censuit, quid ea de re interpellatus respondendo obiceret Kijoviensis Episcopus. Diu, multumque igitur fuit ejus responsio expectata, et (f. 283) impresentiarum quoque expectaretur, nisi novae supervenissent Litterae R.mi Nuncij ad suum in Urbe Agentem conscriptae et S. Congregationi ostendendae, ubi haec reperiuntur: « Non mi meraviglio punto, che l'affare del Conte Salesio Potocki pendente avanti la S. Congregazione del Concilio sia rimasto indietro fino a quest'ora, etc. etc. Mi stupirei più tosto se il suddetto affare fosse mai per tirarsi avanti, quando però voglia aspettarsi la risposta di Monsignor Vescovo di Kijovia pro informatione, et voto. In primo luogo etc. secondariamente poi sono quasi certo, che il medesimo niuna Informazione possa dare sopra le fondazioni delle Chiese erette dal Palatino di Kijovia ne suoi beni, non essendo questi nella sua Diocesi. Per questa ragione allora quando io ricevetti la lettera pro informatione della S. Congregazione, non ricercai alcuna notizia dal Vescovo di Kijovia, che pur trovai in Varsavia; ma bensì presi tutti i lumi necessari dal Arcivescovo di Leopoli latino, che per la vicinanza de luoghi era in istato di darmeli, e non trascurai, di sentire ancora le ragioni del Vescovo di Vladimiria, Greco,¹³⁰ sotto la cui Diocesi sono i predetti Beni Human etc. Posto ciò V. Signoria favorisca rapresentare a cotesto Monsignor Segretario, il quale riverirà in mio nome, che stimo di molto difficile, possa la S. Congregazione rilevare alcuna cosa di più dal Vescovo di Kijovia etc. etc., e finalmente, che il ritardo dell'affare apporta non lieve danno all'anime de fedeli prive de Pastori. Onde che lo supplica di compiacersi d'espore ciò à cotesti E.mi Signori, acciò si degnino darvi qualche sollecito provvedimento ».

Ad haec itaque S. Congregatio rem omnem pro comperta habens, simulque intelligens cunctationem quamlibet deterrimi esse animabus praedictis, consultissime rescripsit die 22 Maij 1762: « Nuntio Apostolico Poloniae, qui curet auctoritate S. Congregationis devenire ad erectionem, et provisionem Parochialium, de quibus agitur, juxta ejus votum, ad quem effectum eidem scribatur juxta instructionem ». Ad cujus rescripti tramites expeditis Nuncio litteris, is ejus executionem commisit, atque delegavit inpartiali Episcopo Kelmensi, qui delato sibi munere probe functus, ac servatis servandis ad erectionem Parochialium devenit, Parochos ecclesiis instituit (f. 283v) et cuncta juxta instructionem, ab hac S. Congregatione

¹³⁰ Episcopus Volodimiriensis erat tunc temporis Philippus Wolodkowicz (1758-1778), cui inde ab anno 1763 adstabat ut Coadiutor cum iure successionis Antoninus Mlodowskyj (1763-1778).

datam, rite perfecit, non sine maximo Populi gestientis plausu, ob praestitum sibi Catholicae Religionis tutamen, aeternaeque salutis praesidium.

Ab hujusmodi sequuta Parochialium erectione, ad haec usque tempora integrum ferme triennium affluxit, neque ullus unquam hoc tempore Parochus de tenuitate Dotis quaerelam exposuit; solus vero Kijoviensis Antistes Ruthenus, qui olim ab hac S. Congregatione interpellatus, cum loqui tenebatur culpose tacuit, nunc post erectionem sequutam, tacere cum debeat et acta S. Congregationis venerari, plenis buccis increpat, et erectioni hostiliter resistit. Plures enim libellos, eosque semper innixos fabulosae insufficientiae constitutarum dotium S. huic Congregationi clanculum porrexit, ut aliquod, si datum esset, inscio atque innaudito Oratore carperet rescriptum; sed non aliud hactenus valuit reportare, nisi illud diei 24 Novembris 1764: « Nuncio Apostolico pro informatione, qui termino novis praecibus praefixo suum omnibus interesse habeat ad deducenda jura sua in S. Congregatione ». Quid plura! dum haec Romae precibus molienbatur, Archiepiscopus Ruthenus interim Polonijs majora perpetravit, et adhuc attentat in subversionem Parochialium, jussu S. Congregationis hujus erectarum. Multos enim earum ecclesiarum Parochos mulctavit, alios ab exercitio curae suspendit, et nonnullos quoque violenter dejecit, non sine gravi Schismaticorum scandalo, qui admirantes suspiciunt acta supremae Congregationis hujus ab eo impune contemni, cui magis incumbit venerari.

Potuisset profecto Orator, uti Generalis Kijoviae Palatinus, ac Regni Poloniae Senator, in sua late potentia, et armis confisus tantam cohercere attentatis licentiam, nec vim vi repellere dubitasset; sed cum agatur de attentatis in vilissimum hujus S. Congregationis contemptum patris, ab eadem puniendi esse censuit, in cujus ipsa spractum cesserunt.

Supplicat igitur idem Orator EE.VV., ut mediante opportuno rescripto dignentur declarare omnia acta huc usque gesta ab Archiepiscopo Kijovien, vel contra Parochos, vel contra Parochialium erectionem, nulla prorsus esse atque irrita, et nullatenus attendenda; simulque eidem Archiepiscopo praecipere, ac mandare, ut imposterum se absteineat a quid (f. 284) piam in Parochos attentando, sive innovando in Parochialium subversionem. Quod si proprio indulgens genio velit Archiepiscopus Ruthenus sequutae erectioni se opponere, id utique agat judicialiter in S. Congregatione, ubi Oratoris erit onus, et officium ostendere, quam parum a calumnia distet ejus de insufficientia Parochialium dotium exposita quaerela; quae caeteroquin, ut pateat, satis esset perpendere, neminem ex centum supra Parochis de tenuitate dotis sibi assignatae hactenus mussitasse; exceptionem vero hujusmodi fuisse alias ab Archiepiscopo Kijoviensi, cum de erectione agebatur gratis allatam Nuncio Poloniae, nullo tamen exhibito suam comprobante assertionem documento; eandemque praeterea obiectionem inextitisse ab Archiepiscopo Leopoliensi latino diu, multumque igestatam, sed uberrime explosam ab ipso remansisse; prout eam similiter examinavit inde Nuncius Apostolicus, et insubsistentem plane comperiit, ac S. Congregationi denunciavit, quae proin-

de Parochialium erectionem, detecta ejusdem exceptionis insubsistentia, merito decrevit.

Verum, ut magis magisque eniteat, quam injusta sit vetus illa exceptio modo in S. Congregatione liberius repetita, optimum quoque duxit Orator nonnulla hic in folio, quod seorsim subnectit, exhibere exempla, ex quibus ictu ferme oculi depraehenditur, ecclesias plures controversis finitimas cum valde minori constituta dote, ab ipsomet Archiepiscopo Kijoviensi in Parochiales fuisse erectas.

Quam gratiam, etc.

1121.

1767.

De absolute duorum sacerdotum ab excommunicatione canonis.

APF, *Scritt. rif. n. Congregazioni Generali*, vol. 817, f. 364rv.

APF, *Scritt. rif. n. Congressi: Mosc. Polonia e Ruteni*, vol. 9, fol. 362 rv. (alia copia)

E.mi, ac R.mi Patres, et Patroni Col.mi.

